

UC-NRLF


EXCHANGE
SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

DE SYNECDOCHAE
APUD
P. PAPINIUM STATIUM USU.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM IENENSIUM ORDINE

RITE IMPETRANDOS

RUDOLFUS LUNDERSTEDT

GERANUS



WEIDAE

TYPIS THOMAE ET HUBERTI

MCMXIII

Genehmigt von der philosophischen Fakultät der Universität Jena auf Antrag des Herrn Geheimrat Prof. Dr. Goetz.

Jena, den 14. Februar 1913.

Prof. Dr. Wien,
d. Z. Dekan.

Primi post Christum natum saeculi poetae ingenium indolemque nativam arte et scientia supplere solebant, id est duabus rationibus, quarum utraque ad res, sententias, locutiones deligendas, componendas, ornandas, fingendas, sed altera ad novas, altera ad veteres pertinebat, nimirum disciplina rhetorum et prioris aetatis poesis imitatione. Etenim illa disciplina poesis ad artem et praecepta revocata novisque nec vulgaribus sententiis et locutionibus ornata est, priorum vero temporum poesin cum totam tum Augusti aetatis ut ab omnibus partibus perfectam ad imitandum sibi proponendam esse omnes putabant ac praecipue qui certum litterarum genus colebant ab eo qui id perfecit et absolvit non solum formam et artem, sed etiam sermonis genus ad suum usum conferebant[1]. Itaque si de tali poeta eiusque ratione dicendi quaestio habetur, necesse est ad illa animum advertere, unde etiam lex quaedam iudicandi constituitur, cum videlicet non a recenti consuetudine loquendi, sed a Romana proficiscendum sit quae cognoscitur e monumentis et litteris.

Haec sententia ut ad ceteros ita ad Statium, de quo poeta agetur in hac dissertatione, refertur et nonnulla iam eo modo tractata sunt: Lohrischius[2] disceptavit, quantum in rebus describendis, carminibus constituendis similibusque Statius silvarum poeta rhetores secutus sit; Schambergerus[3] omnia

[1] cf. Wölfflin, Die Nachahmung in der lateinischen Poesie, in Arch. f. lat. Lex. XII (1902) pag. 114 sqq.

[2] Herm. Lohrisch, De Papinii Statii silvarum poetae studiis rhetoricis, diss. Hal. 1905.

[3] Max. Schamberger, De P. Papinio Statio verborum novatore, diss. Hal. 1907 in diss. philol. Hal. vol. XVII (1907.)

vocabula quae novata sunt a Statio collegit ac disposuit; Dueringus[1] figuras quasdam quomodo Vergilius adhibuerit inquisivit et Stati rationem paucis percurrit; Wilsoni[2] tota quaestio ad unum tropum, metaphoram, spectat: denique Deipserus[3], quae ratio inter Statium et Vergilium Ovidiumque intercederet, examinavit atque omnia protulit quae inter eos congruebant; extremus commemoratur Lactantius Placidus qui dicitur, cuius in commentario in Thebaida et Achilleida conscripto quamvis raro idem agitur; recentes nominare longum est. Quibus rebus consideratis non videtur inutile esse eadem via pergere et item de alio tropo, synecdocha, quaestionem instituere. Seorsum nemo adhuc de eo disseruit, nisi quod Deipserus non nulla exempla collegit, quorum similia in Vergilii Ovidiique carminibus reperiuntur, et Lactantius Placidus, qui semel tantum synecdochae nomine utitur et raro eius rationem tangit, tamen frequentiorem hunc tropum esse animadvertit. Sed Deipserus Thebaida tantum tractavit et ea exempla quae conveniunt cum Vergilii Ovidiique ratione dicendi attulit, omisit vero quae discrepant. At hac in quaestione ex omnibus Stati carminibus exempla colliguntur, quantum fieri potest, neque solum proferuntur, sed etiam certa ratione disponuntur. Neque enim ea via initur, qua ceteri, qui aliorum scriptorum tropos examinaverunt, aut sola exempla enumeraverunt aut comparandi gratia Vergilium vel Ovidium respexerunt, nec Stietzelium[4] sequimur qui omnibus exemplis allatis seorsum ea quae cum Vergilii consuetudine loquendi congruant, tum quae abhorreant ab ea et Martialis ipsius vel eius aetatis videantur esse propria enumeravit, sed, ut teneatur id quod in praefationis exordio propositum est, singula quae apud Statium inveniuntur utrum

---

[1] Th. Düring, De Vergilii sermone epico capita selecta, diss. Gott. 1905.

[2] Langford Wilson, The metaphor in the epic poems of P. Pap. Statius, diss. Baltim. 1898.

[3] Bernh. Deipser, De P. Papinio Statio Vergilii et Ovidii imitatore, diss. Argent. 1881 in diss. philol. Argent. vol. V (1881).

[4] Gualt. Stietzel, De synecdocha eiusque in Martialis epigrammatis usu, diss. Ien. 1907.

apud alios scriptores reperiantur necne quaerendum esse nobis persuasimus; quapropter non solum carmina epica ad comparandum adhibentur aut Vergili carmina, quamvis Statius poeta praecipue epicus existimari possit[1] et Vergilius posteris poetis copiosam locutionum et sententiarum supellectilem formaverit et Statius maxime videatur Vergilium imitatus esse, sed omnia et prosae et poesis scripta. Etenim quae apud pedestris sermonis scriptores iam usurpantur exempla non ex arte dicta esse apparet, cum synecdocham in sermone formando magni momenti fuisse constet; etiam Quintilianus[2] ita huius tropi exempla distinxit, cum sic locutus est: „liberior poetis quam oratoribus; nam prosa ut mucronem pro gladio et tectum pro domo recipiet, ita non puppim pro navi nec abietem pro tabellis; et rursus, ut pro gladio ferrum, ita non pro equo quadrupedem". Praeterea utrum Statius primus ea sumpserit e soluta oratione an e poetarum sermone recipere potuerit, videtur non parvi interesse. E poetarum numero non ei modo respiciuntur, qui Augusti aetate floruerunt, sed etiam qui ante et post eam carmina condiderunt. Itaque intra singulas partes, in quas synecdocha dividitur et de quibus infra agendum est, quinque constituuntur partes, in quibus exempla disponuntur et loci collati proferuntur. Primum commemorantur ea exempla, quae etiam in oratione soluta reperiuntur, ceteris in partibus ea, quae tantummodo apud poetas iam in usu sunt; et prima quidem complectitur ea, quae iam apud poetas ante aetatem Augusti florentes exstant, altera quae temporibus Augusti primum usurpantur, tertia quae apud ceteros poetas ante Statium florentes occurrunt, quarta quae a Statio vel eius aequalibus novata sunt. Quodsi uno semper exemplo confirmatur locutionem quandam iam ab aliis usurpatam esse, non dicitur Statium hos imitatum esse, sed illam iam in usu fuisse; nihilominus certe eam Statius de suo fingere potuit, praesertim cum facilius nova vis

[1] cf. Koestlin in Philol. vol. XXXV (1876) pag. 493.

[2] Inst. orat. VIII 6, 19.

vocabulo subiciatur quam ipsa vox novetur. Ne non recto generi nonnulla attribuantur periculum esse non negamus: cum enim litterarum pars haud exigua interierit, singulae locutiones ante Statium, quamvis rarissime, usurpatae esse possunt, quas nunc novatas esse putamus, nonnullae vero neglectae, quae maiore scientia legendique studio suppleri suoque loco poni possunt. Graecus sermo ad quaestionem non adhibetur, cum vix tantam vim attulerit, si excipiuntur pauca nomina velut Achivus, Argivus, Danaus aliaque, quae ceterum non sine licentia usurpata esse infra demonstrandum erit.

Haec cum de ratione et consilio huius quaestionis praefati simus, restat, ut ad ipsum tropum de quo agitur advertamus animum. De eo ipso non disseritur, ne acta agantur, quoniam praeter ceteros qui universim de troporum ratione egerunt, post Lindskogium[1] recte Gualterus Stietzel in commentatione sua eum explicasse videtur; itaque hunc virum doctum secuti secundum quattuor synecdochae species constituimus quattuor totius quaestionis partes, quarum prima continet exempla, in quibus pars pro toto ponitur, secunda in quibus vice versa totum collocatur pro parte, tertia in quibus genus pro specie legitur, quarta in quibus contraria ratio exstat.

Sed cum de natura tropi explicanda consentiam, tamen in nonnullis exemplis accipiendis illorum virorum ad sententiam non accedo. Nam, ut exemplis utar, locutiones in quibus taurus pro pelle eius, murex pro purpura et pro veste purpura tincta nominatur, metonymice esse dictas illi putant, cum synecdocham exstare nobis persuasum sit. Atque Lindskogius, quem secutus est Stietzelius, sententiam suam confirmare studet eo quod poetam discedere a re proposita dicit nec materiam ipsam nominari pro re ex ea confecta, sed materiam qualis antea fuerit. Sed primum illi videntur exempla diversi generis coniunxisse, cum muricem

---

[1] Eric. Lindskog, In tropos scriptorum Latinorum studia, diss. Upsal. 1903.

pro purpura aliter positum esse quam pro veste purpurea manifestum sit ex eo quod altero loco bestia nominatur pro materia ab ea comparata, altero autem, ut illorum verbis utar, „materia pro re ex illa confecta ita, ut intellegatur, qualis materia antea fuerit“. Has autem locutiones viri docti[1] adhuc synecdochice intellexerunt ita, ut primo loco totum significaret partem, secundo materia rem ex ea confectam; quae sententia cur improbanda sit nescio, nam primum pellem esse partem bestiae ideoque rem et nominatam et intellectam quasi materia coniunctam esse non negaveris, quapropter exempla huius generis synecdochice accipio. In altero genere videtur materia non ipsa nominari, sed qualis antea fuit; neque tamen ita has locutiones intellegi putamus, ut bestia dicatur pro re quae ex materia ab illa comparata conficitur, sed ut materia nomine bestiae proposita denotet rem ex hac materia confectam vel materia pro re ita sit posita, ut materia nomine bestiae significata sit. Itaque bis exstat synecdocha, sed altera locutio ex altera enascitur. Eandem rationem saepius exstare inde cognoscas quod e. g. carbasus pro nave ponitur ita, ut carbasus pro velo posita totam navem significet, vel metallum pro marmore nominatum columnas denotat e marmore factas, quae notio etiam voci mons subicitur. In illo igitur exemplo pars (carbasus = velum) pro toto (navis) ponitur, in hoc materia (metallum vel mons = marmor) pro re ex ea confecta (columna). Unde etiam apparet hoc tantum tropi genus accipiendum esse, quod, ut notio quam scriptor voluit intellegatur, plurimum valet.

Nunc ad rem accedamus et primum quidem enumeremus exempla in quibus ponitur

[1] Praeter eos, quos Stietzel l. l. pag. 37 auctores citat, cf. Gerber l. l. vol. II pag. 37 et 58, ubi vero materia pro re poni per metonymiam dicitur.

vocabulo subiciatur quam ipsa vox novetur. Ne non recto generi nonnulla attribuantur periculum esse non negamus: cum enim litterarum pars haud exigua interierit, singulae locutiones ante Statium, quamvis rarissime, usurpatae esse possunt, quas nunc novatas esse putamus, nonnullae vero neglectae, quae maiore scientia legendique studio suppleri suoque loco poni possunt. Graecus sermo ad quaestionem non adhibetur, cum vix tantam vim attulerit, si excipiuntur pauca nomina velut Achivus, Argivus, Danaus aliaque, quae ceterum non sine licentia usurpata esse infra demonstrandum erit.

Haec cum de ratione et consilio huius quaestionis praefati simus, restat, ut ad ipsum .tropum de quo agitur advertamus animum. De eo ipso non disseritur, ne acta agantur, quoniam praeter ceteros qui universim de troporum ratione egerunt, post Lindskogium[1] recte Gualterus Stietzel in commentatione sua eum explicasse videtur; itaque hunc virum doctum secuti secundum quattuor synecdochae species constituimus quattuor totius quaestionis partes, quarum prima continet exempla, in quibus pars pro toto ponitur, secunda in quibus vice versa totum collocatur pro parte, tertia in quibus genus pro specie legitur, quarta in quibus contraria ratio exstat.

Sed cum de natura tropi explicanda consentiam, tamen in nonnullis exemplis accipiendis illorum virorum ad sententiam non accedo. Nam, ut exemplis utar, locutiones in quibus taurus pro pelle eius, murex pro purpura et pro veste purpura tincta nominatur, metonymice esse dictas illi putant, cum synecdocham exstare nobis persuasum sit. Atque Lindskogius, quem secutus est Stietzelius, sententiam suam confirmare studet eo quod poetam discedere a re proposita dicit nec materiam ipsam nominari pro re ex ea confecta, sed materiam qualis antea fuerit. Sed primum illi videntur exempla diversi generis coniunxisse, cum muricem

[1] Eric. Lindskog, In tropos scriptorum Latinorum studia, diss. Upsal. 1903.

pro purpura aliter positum esse quam pro veste purpurea manifestum sit ex eo quod altero loco bestia nominatur pro materia ab ea comparata, altero autem, ut illorum verbis utar, „materia pro re ex illa confecta ita, ut intellegatur, qualis materia antea fuerit“. Has autem locutiones viri docti[1] adhuc synecdochice intellexerunt ita, ut primo loco totum significaret partem, secundo materia rem ex ea confectam; quae sententia cur improbanda sit nescio, nam primum pellem esse partem bestiae ideoque rem et nominatam et intellectam quasi materia coniunctam esse non negaveris, quapropter exempla huius generis synecdochice accipio. In altero genere videtur materia non ipsa nominari, sed qualis antea fuit; neque tamen ita has locutiones intellegi putamus, ut bestia dicatur pro re quae ex materia ab illa comparata conficitur, sed ut materia nomine bestiae proposita denotet rem ex hac materia confectam vel materia pro re ita sit posita, ut materia nomine bestiae significata sit. Itaque bis exstat synecdocha, sed altera locutio ex altera enascitur. Eandem rationem saepius exstare inde cognoscas quod e. g. carbasus pro nave ponitur ita, ut carbasus pro velo posita totam navem significet, vel metallum pro marmore nominatum columnas denotat e marmore factas, quae notio etiam voci mons subicitur. In illo igitur exemplo pars (carbasus = velum) pro toto (navis) ponitur, in hoc materia (metallum vel mons = marmor) pro re ex ea confecta (columna). Unde etiam apparet hoc tantum tropi genus accipiendum esse, quod, ut notio quam scriptor voluit intellegatur, plurimum valet.

Nunc ad rem accedamus et primum quidem enumeremus exempla in quibus ponitur

---

[1] Praeter eos, quos Stietzel l. l. pag. 37 auctores citat, cf. Gerber l. l. vol. II pag. 37 et 58, ubi vero materia pro re poni per metonymiam dicitur.

Pars pro toto.

1. Haec iam in soluta oratione reperiuntur.

Ad vocabula, quae locum vel spatium significant, refertur harena qua denotatur campus Th. III 334 „vacua iacet hostis harena", item X 518: cf. Cic. leg. agr. II 27, 71 „ut vero, cum omnis urbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum harenam aliquam aut paludes emat"[1], e poetis Verg. georg. I 70 „sterilem exiguus ne deserat umor harenam". Singillatim eadem vox eum campum significat, ubi certamina fiunt[2] s. I 6, 86 „media harena", II 5, 26, III 1, 139sq., Th. VI 557: cf. Cic. Tusc. II 20, 46 „cum . . . barbaros in harena videris excipientes . . . plagas" et Verg. Aen. VI 643 „contendunt ludo et fulva luctantur harena". Similis est ratio vocis pulvis, quae campus intellegitur A. I 84 „Sigeo in pulvere" (i. e. ad Troiam), Th. I 423, X 498: item per verborum immutationem Cic. leg. III 6, 14 „non modo in solem atque in pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit" et Verg. Aen. VII 163 „exercentur equis domitantque in pulvere currus"[3]. — Deinde solum ponitur pro regione vel terra s. I 3, 15 „ingenium quam mite solo!", III 3, 60; 5, 82, Th. VIII 320, XII 395: cf. Cic. leg. II 2, 4 „sum illi villae amicior modo factus atque huic omni solo, in quo tu ortus et

---

[1] cf. J. Straub, De tropis et figuris quae inveniuntur in orationibus Demosthenis et Ciceronis, Progr. Aschaffenburg 1883, pag. 8, et Gerber, Die Sprache als Kunst, Berlin 1885, vol. I, pag. 317.

[2] Stietzel, l. l. pag. 47, metonymiam esse putat; sed cf. Gerber, l. l. vol. I, pag. 317.

[3] cf. R. Braumüller, Über Tropen und Figuren in Vergils Aeneis, Progr. Berlin 1877, pag. 20.

procreatus es" et Ov. pont. II 11, 28 „maxima Fundani gloria, Rufe, soli" (i. oppidi Fundorum).

Pro lacu exstant stagna s. II 3, 33 „stagnisque sub altis", 38, 54, Th. IV 686, 741: cf. Cic. leg. agr. II 40 „quin omnis agros, urbis, stagna, portus, totam denique Bithyniam X viri vendituri sint?" et Hor. c. II 15, 3 „undique latius extenta visentur Lucrino stagna lacu". Similiter undae mare significant atque saepius terrae sunt contrariae: singularis numerus exstat s. II 2, 21 „tumidae moderator caerulus undae", Th. I 201, II 381, V 365, pluralis s. I 2, 56 „an terris saevire an malit in undis", II 2, 105, III 4, 103, V 3, 128, A. I 57, 72, 452, II 92, Th. I 31, III 24, V 402, VI 582, XII 228: cf. Cic. Phil. X 4, 8 „o spectaculum illud non modo hominibus, sed undis ipsis et litoribus luctuosum", sed iam Ennius scripsit ann. 302 „Europam Libyamque rapax ubi dividit unda"; cf. Verg. Aen. V 868 „ratem nocturnis rexit in undis" et Hor. c. III 4, 28 „nec Sicula Palinurus unda".

His exemplis adiciuntur nonnulla, in quibus ad totam terram significandam singulae eius partes nominantnr aut pro incolis eius ponuntur nomina adiectiva ab illis partibus derivata: Achaeus complectitur omnes Graecos s. V 3, 222 „spectatur Achaeis ille magis" (i. ludis Olympiacis): cf. Sen. benef. V 16, 6 „ut quae Achaeis, Rhodiis et plerisque urbibus claris ius integrum . . . reddiderat", post Statium autem Iuv. III 60 sq. „non possum ferre, Quirites, graecam urbem; quamvis quota portio faecis Achaei"; itaque Statius primus poeta hoc nomine substantivo ita videtur usus esse, ut omnes Graecos significaret; de adiectivo infra pag. 35 verba facienda sunt. Sed eadem vox aliis locis denotat eos Graecos, qui Peloponnesum incolunt Th. III 619 „Achaea manus", IV 505, VI 549, X 128: cf. Liv. XXXIII 18, 1 „Rhodii quoque . . . Pausistratum praetorem octingentis Achaeis peditibus . . . miserunt" et Lucr. VI 1116 „Atthide temptantur gressus, oculique in Achaeis finibus". Ut denique intellegantur Graeci ad Troiam pugnantes, usurpantur voces Achivus et Danaus; Achivus autem legitur s. I 1, 14 „(equus) saevosque am-

plexus Achivos", A. I 774, 924: cf. Cic. div. I 14, 24 „an Achivorum exercitus et tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut . . ."; item Livius (e. g. I 1, 1) aliique, e poetis Ennius scen. 177 „ut hoc consilium Achivis auxilio fuat" et saepe Vergilius (e. g. Aen. I 242). Danaus exstat (nomen substantivum[1]) A. I 93 „reduces Danai", 513, 550, 553, 894, 910, II 47; haec autem vox inde ab Homero in omnium usu versari coeperat, quapropter in soluta quoque oratione adhibetur: cf. rhet. ad Her. IV 30, 41 „quod si Danais datum erat oraculum non posse capi Troiam sine Philoctetae sagittis", e poetarum numero ut unum deligam, Lucr. I 86 „ductores Danaum". — Cortynius idem valet atque Cretensis Th. III 587 „Cortynia lentant cornua"[2], IV 530[3], V 361[4]: cf. Cic. Phil. V 5, 13 (de Cyda Cretensi) „Cortynium vero iudicem quis novit" (cf. ib. 14 „Cretensis iudex") et Verg. Aen. XI 773 „spicula torquebat Lycio Gortynia cornu". — Restat, ut afferatur Acheron, quo flumine Orcus denotatur Th. I 597 „Acheronte sub imo", IV 456, V 156, XI 150, cum aliis locis propria notio servata sit: cf. Cic. post red. in sen. 10, 25 „Metellos, praestantissimos civis, paene ex Acheronte excitatos", Enn. trag. 203 „Acherontem obibo, ubi mortis thesauri obiacent", Verg. Aen. VII 312 „flectere si nequeo superos, Acheronta movebo".

Nunc ad ea vocabula accedamus, quibus temporis spatium quoddam significatur, et primum quidem commemoratur bruma, quo die tota hiems intellegitur s. I 2, 156 sq. „hic Sirius alget, bruma tepet"; 3, 89, II 1, 215, IV 5, 12; 6, 13, Th. IV 421, 706, VI 99, VII 287, VIII 617, IX 448, XII 651: cf. Cic. div. II 14, 33 „nam et musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri et puleium aridum florescere brumali ipso die" et Verg. Aen. II 472 „(pastus) frigida sub terra tumidum

---

[1] Adiectivum inde a Vergilio usurpatur; cf. pag. 24.
[2] cf. Lact. Plac. ad l.: Cortynia Cretensia, ut Lucanus.
[3] cf. Lact. Plac. ad l.: Cortynius arbiter Minos Cretensis.
[4] cf. Lact. Plac. ad l.: Cortynia enim dixit Cretensia.

quem bruma tegebat". Deinde pro tempore ponitur dies s. I 1, 93sq. „stabit dum terra polusque, dum Romana dies"; 2, 176, II 1, 108, III 2, 127; 3, 124, Th. II 356: cf. Cic. in Verr. act. prim. 2, 6 „cum ego diem inquirendi in Siciliam perexiguam postulavissem, invenit iste qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet", sed iam Plaut. mil. glor. 861 „hoc in diem extollam malum"; cf. etiam Verg. Aen. XI 425 „multa dies variusque labor mutabilis aevi rettulit in melius".

Nunc proferuntur ea nomina, quae ad res arte factas spectant, et primum locum obtinent nomina armorum haec: umbo significat clipeum Th. I 377 „vasto . . . umbone", VIII 430, 705, IX 147, XII 667: cf. Liv. IV 19, 5 „adsurgentem ibi regem umbone resupinat", sed iam Ennius scripsit ann. 402 „configunt parmam, tinnit hastilibus umbo", tunc Vergilius, Aen. IX 810 „nec sufficit umbo ictibus". Hasta ponitur pro toto telo plerisque locis et hastă quidem legitur VII 634, VIII 469, 495, 508, 526, IX 107, 270, X 747, XI 38, 509, 595, 750, 774, hastae s. V 1, 134, Th. VII 716, VIII 535, X 545, 549, XI 500, XII 144, hastam VII 679, IX 43, 90, 95, 130, 804, X 395, XI 328, hastā VII 669, VIII 188, 476, 583, IX 72, XII 649, pluraliter hastae VII 416, XI 451, XII 660, hastis VII 754, VIII 414, 704, XI 244, XII 30, 744, hastas VII 769, VIII 729, IX 708: cf. Cic. fin. II 30, 97 „(Epaminondas) evelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam", Enn. ann. 153 „spargere sese hastis, ansatis concurrunt undique telis", Verg. Aen. X 762 „ingentem quatiens Mezentius hastam". Sed etiam aliae teli partes pro toto nominantur: spiculum his locis Th. V 387 „spiculaque et multa crinitum missile flamma", VIII 165, 537, IX 235, 261, X 532, XI 324: cf. Cic. epist. V 12, 5 „qui (Epaminondas) tum denique sibi evelli iubet spiculum" et Verg. Aen. V 586 „spicula vertunt infensi". Saepissime cuspis exstat: Th. VIII 399, 688, IX 281, 313, 838, 867, 873, X 751, cuspide A. II 122, Th. II 474, V 399, VIII 10, 73, 383, 399, 496,

---

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: pro clipeo, a parte totum.

532, 570, 643, 714, IX 88, 108, 132, 367, X 212, 290, 619, 728[1]: cf. Liv. IV 19, 5 „adsurgentem ibi regem umbone resupinat repetitumque saepius cuspide ad terram adfixit“ et Verg. Aen. II 230 „. . . Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur laeserit“. Eadem vero ratio exstat, cum mucro significat ensem: s. I 1, 44 „magnus quanto mucrone minatur . . . Orion“, Th. I 614, IX 542, 805, X 412[2], 423, 486, 774, 814: cf. Cic. Phil. XIV 3, 6 „nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis“ et Verg. Aen. X 651 sq. „strictumque coruscat mucronem“; praeterea ad Quintilianum delego, qui loco supra laudato mucronem pro gladio in soluta oratione usurpari posse narravit; iam Ennius huic voci eandem vim subiecisse videtur, cum scripsit (inc. 3) „versat mucronem“.

Armorum nomina excipiunt alia quae significant res ad vehendum aliquo modo spectantes: plaustrum enim, certum caeli signum, denotatur axe aut temone; ille legitur Th. VIII 371 sq. „truncus honor Plaustri nec idem riget igne reciso axis“, hic vero Th. I 371 „cui neque Temo piger neque amico sidere monstrat Luna vias“ et 692; ad illum conf. Varro ling. VII 74 „has septem stellas Graeci ut ⟨H⟩omerus (ut ε 272 sq.) voca⟨n⟩t ἅμαξαν et propinquum eius signum βοώτην, nostri eas septem stellas ⟨t⟩r⟨i⟩ones et temonem et prope eas axem“, ad hunc vero eiusdem libri § 73 „in altisono caeli clipeo temo superat stellas sublime⟨n⟩ agens etiam atque etiam noctis iter“ (Enn. scen. 215 sqq.) et 75 „temo dictus a tenendo: is enim continet iugum et plaustrum, appellatum a parte totum, ut multa“, e poetarum numero Lucr. VI 720 „quae gelidis ab stellis axis aguntur“ et Lucan. IV 523 „flexoque Ursae temone paverent“. Extrema vox profertur clavus qui navis gubernaculum significat Th. II 106 sq. „magister immemor armorum versantisque aequora clavi“, V 142, VI 21, X 183: cf. Cic. Cat. 6, 17 „cum . . . ille

[1] Aliis locis aut propria notio servata est (II 598, IX 202, XII 732) aut metonymia exstat (III 492 pro exercitu, VIII 484 pro lacerto).

[2] cf. vet. schol. ap. Barthium (P. Papinii Statii quae exstant rec. et comm. instr., Cygneae 1664) ad v. 406 (412): vel hastam vel gladium.

(i. gubernator) autem clavum tenens quietus sedeat in puppi" et Verg. Aen. X 218 „ipse sedens clavomque regit velisque ministrat", ante eum Enn. ann. 483 „dum clavum rectum teneam".

Nunc afferuntur nomina quae ad aedificia spectant: pro domo saepissime nominatur limen aut tectum: et limen quidem in singulari numero s. III 1, 8sq. „tune ille reclusi liminis et parvae custos inglorius arae" (cl. 4 „tectumque vagis habitabile nautis"), Th. II 363, VII 17, IX 818, XI 581, 732, 756, A. I 171, in plurali numero s. I 2, 233, Th. II 65, 293, III 688, IV 429, VI 37, VII 162, X 211, 572, XI 352, A. I 74: cf. Cic. Phil. II 45 „quotiens te pater eius domu sua eiecit, quotiens custodes posuit, ne limen intrares" et Verg. Aen. VII 579 „limine pelli". Deinde tectum exstat singulariter s. III 1, 4 „tectumque vagis habitabile nautis", Th. I 469, V 313, X 104, saepissime vero in plurali numero: tecta s. I 4, 67, III 1, 92; 3, 196; 5, 75, 97, 112, Th. I 208, 570, 593, II 75, III 95, 249, 674, 682, IV 56, V 348, 638, 691, 715, VII 101, 507, VIII 113, IX 64, X 480, XI 361, 692, XII 104, 256, 447, 581, 785, A. I 739, tectorum X 746, tectis s. I 2, 158; 3, 7, IV 6, 79, Th. I 279, 380, V 100, X 772, XI 725: transfertur denique tectum et significat psittaci caveam s. II 4, 14sq. „vacat ille beatus carcer et angusti nusquam convicia tecti"[1]: cf. Cic. Catil. III 12, 29 „vos, Quirites ... in vestra tecta discedite" et Enn. ann. 620 „vosque lares tectum nostrum qui funditus curant"; etiam hic ad Quintilianum delego, qui tectum ita in soluta quoque oratione usurpari confirmat. Eadem voce apud Statium non tam domus quam singularis eius pars, cubiculum scilicet vel conclave, significatur: Th. I 511 „tecta interioris ad aulae progreditur", 653, XII 267: cf. Cic. parad. I 3, 13 „qui marmoreis tectis ebore et auro fulgentibus, qui signis ... abundant" et Verg. Aen. VI 523 „egregia interea coniunx arma omnia tectis amovet". Similiter tholus duobus locis totum templum designat s. III 1, 3 „coleris maiore tholo" et I 4, 99: cf. Varro r. r. III 5, 12 „accessus semita in tholum,

[1] Haud scio an huc pertineat tectum pro nido, Th. VIII 619, XII 479.

qui est ultra rutundus columnatus, ut est in aede Catuli, si pro parietibus feceris columnas" et Ov. fast. VI 295sq. „esse diu stultus Vestae simulacra putavi, mox didici curvo nulla subesse tholo". Templum denotatur etiam voce sacraria s. V 1, 240 „aeternae modo qui sacraria genti condidit inque alio posuit sua sidera caelo" (de gentis Flaviae templo); proprie vero sacrarium est locus in quo sacra reponuntur (cf. Serv. ad Aen. XII 199): cf. Cic. Mil. 31, 86 „ante ipsum sacrarium Bonae Deae, quod est in fundo T. Serti Galli" et Verg. Aen. XII 199 „vimque deum infernam et duri sacraria Ditis". Moenia exstant pro ipsa urbe s. II 2, 96sq. „quae te genuere Dicarchi moenia", IV 4, 14, 23, Th. II 209, III 115, 248, 373, 656, 688, V 495, VI 250, IX 294, 520, 640, XI 217, 225, 670, 680, 701, 730, XII 115, 250, 253, 635, 690, A. I 699, 760, II 27: cf. Cic. Catil. II 1, 1 „nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparabitur" et Verg. Aen. I 276sq. „Mavortia condet moenia". Porro cubile ponitur pro cubiculo s. I 3, 37 „emissas per cuncta cubilia nymphas": cf. Cic. Catil. IV 8, 17 „qui non cubile ac lectulum suum ... salvum esse velint" et Ov. met. XI 258sq. „cum pulchra relicto Nereis ingreditur consueta cubilia ponto" (cl. 235 „est specus in medio ..."). Ipsum vero cubile saepius stratis significatur s. I 2, 59 „fessa iacet stratis", II 1, 63; 7, 130, Th. II 90, 122, V 139, 247, A. I 802: cf. Liv. XXI 4, 7 „id quod gerendis rebus superesset, quieti datum; ea neque molli strato neque silentio accersita" et Verg. Aen. III 176 „corripio e stratis corpus". Denique limina saepissime pro foribus exstant, singulariter autem s. III 3, 165 „Romuleum reseras iterum, Germanice, limen", IV 8, 62, V 2, 173, Th. I 436, II 26, 314, III 579, VI 390, 593, IX 64, X 89, 496, 508, 554, XII 193, A. II 34, pluraliter vero s. I 2, 177, 196, Th. II 248, III 591, 609, V 97, VI 615, VII 290 (translate), IX 385, XI 725, XII 15, 200, 259: cf. Cic. nat. deor. II 27, 67 „fores in liminibus profanarum aedium ianuae nominantur" et Verg. Aen. VII 613 „reserat stridentia limina consul". Restat ut commemorentur fides pro lyra dictae s. IV 5, 3sq. „fortem

atque facundum Severum non solitis fidibus saluto", Th. IV 358: cf. Varro r. r. II 5 „haec secundum astri exortum facio quod Graeci vocant lyram, fidem nostri" et Ov. her. V 139 „me fide conspicuus Troiae munitor amavit", pluralis autem numerus invenitur Cic. de or. III 57, 216 „omnesque voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut sunt pulsae" et Plaut. Ep. 500 „ut fidibus cantarem seni" et Hor. carm. I 12, 11 „fidibus canoris".

Nunc ut res fert, pervenimus ad ea nomina quibus animalia aut corpora eorum aut corporum partes intelleguntur: praecordia exstant pro pectore Th. X 435 „toto praecordia protinus Arcas implevit capulo": Cic. Tusc. I 40, 96 „cum (vir egregius) iam praecordiis conceptam mortem contineret" et Ov. met. XII 140 „clipeo genibusque premens praecordia duris vincla trahit galeae". Palma valet idem atque tota manus Th. I 497 „tendens ad sidera palmas", IX 335, X 336: cf. Caes. b. c. 98, 2 „passisque palmis proiecti ad terram flentes ab eo salutem petiverunt", Plaut. Cas. 405 „compressan palma an porrecta ferio?" et Verg. Aen. II 406 „teneras arcebant vincula palmas". Lacertus ponitur pro bracchio s. V 2, 66 „teneris ostrum puerile lacertis exuit", Th. II 538, III 16, IV 564, V 141, 378, VI 78, 708, 733, 844, 893, VIII 537, 683, IX 547, 904, X 745, XI 38, XII 110: cf. Cic. Cat. IX 27 „qui (miles Crotoniates) cum iam senex esset athletasque se exercentes in curriculo videret, aspexisse lacertos suos dicitur" et Verg. Aen. XI 561 „adducto contortum hastile lacerto inmittit". Ora significant caput Th. III 131 sq. „pars molliter aptant bracchia trunca loco et cervicibus ora reponunt": cf. Cic. Verr. VI 56, 124 „Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus revellit atque abstulit" et Plaut. Amph. 183 „aliquem hominem adlegent qui mihi advenienti os occillet probe" et Verg. Aen. IX 471 „ora virum praefixa movebant". — Denique, ut totum corpus intellegatur, poeta scribit collum vel caput, illud autem Th. II 656 sq. „et tu, ni fallor, iniquo pollicitus mea colla duci" (verba Tydeos): cf. Cic. Sex. Rosc. 29, 80 „nescimus per ista tempora eosdem fere sectores

fuisse collorum et bonorum?" et Hor. c. II 12, 11sq. „ductaque per vias regum colla minacium"; caput legitur Th. I 167sq. „respiceres ius omne tuum cunctosque minores et nusquam par stare caput", II 491, X 794: cf. Cic. Pis. 13, 30 „indemnati civis atque integri capitis bonorumque tribunicia proscriptio", Plaut. mil. glor. 725 „o lepidum caput", Verg. Aen. IV 612sq. „si tangere portus infandum caput ac terris adnare necessest". — Reliquum est ut nominetur vellus quod pro pelle ovis exstat Th. IV 445 „velleris obscuri pecudes armentaque sisti atra monet": cf. Colum. VII 4 „pelles eorum propter pulcritudinem lanae maiore pretio quam alia vellera mercantibus traduntur", sed iam Vergilius exhibet Aen. VII 93sqq. „centum lanigeras mactabat rite bidentis atque harum effultus tergo stratisque iacebat velleribus".

Haec sunt primi synecdochae generis exempla, quae iam in soluta oratione inveniuntur. Nunc, ut est propositum, ad exempla solis poetis concessa accedamus.

2. Iam apud poetas ante aetatem Augusti florentes inveniuntur haec.

Pro caelo exstat aether Th. I 354 „attritus subita face rumpitur aether", VIII 67, X 849[1], aethera s. I 1, 24; 2, 262, III 1, 7, IV 1, 6, Th. II 596[2], IV 582, V 529, VIII 34, X 364, 456, 839, aethere A. I 518, Th. I 237, VII 77, IX 445, X 73, 118; etiam adiectivum aetherius huc referri potest: s. III 1, 108 „pater aetherius", 186, Th. I 704, III 222, VI 378, VIII 43, XI 207, XII 43, A. II 53: cf. Enn. sat. 3sq. „liquidas pilatasque aetheris oras" et Verg. Aen. IV 574 „deus aethere missus ab alto"[3]; praeterea cf. Catull. LXVI 55 „isque per aetherias me tollens avolat umbras" et Verg. Aen. V 838 „aetheriis ab astris". Idem verbum saepius aera significat: s. I 2, 185sq. „ipsum in conubia terrae aethera . . solvo"; 3, 82, II 3, 40, V 3, 181, Th. III 460, VIII 73, XII 516, aether

[1] Per metonymiam denique pro deis dicitur.
[2] cf. adn. 1.
[3] cf. Braumüller, l. l. pag. 19.

V 14, VIII 204, IX 30, aetheros s. IV 2, 24, Th. III 524, aethere I 340, V 307, VIII 369, aetherius VI 378: cf. Enn. ann. 531 „clamor ad caelum volvendus per aethera vagit“, Verg. Aen. V 228 „resonatque fragoribus aether“[1]. Deinde pro mari exstant vada s. II 2, 105 „Satyri cecidere vadis“, III 2, 20, A. I 224[2]: cf. Catull. LXIV 58 „immemor at iuvenis fugiens pellit vada remis“ et Verg. Aen. V 158 „longa sulcant vada salsa carina“. Eadem notio est in voce „stagna“ Th. VI 20 „stagna Aegaea“, VII 718: cf. Catull. XXXI 2 sq. „quascumque in liquentibus marique vasto fert uterque Neptunus“ et Verg. Aen. X 765 „Nerei stagna“. Item saepius usurpatur fretum s. II 2, 9, III 2, 3; 5, 84, Th. III 308, V 367, VII 813, A. I 73, 96, 790, II 46, freti A. I 64, freto A. I 382, II 26, 62, freta s. II 7, 77, Th. V 410, 485, IX 437, X 143, XI 116, 276, A. II 80, fretis Th. V 14, VI 106, 579, VII 814, A. I 92, 221, 687: cf. Lucr. VI 427 „quam freta circum fervescunt graviter“ et Verg. Aen. I 607 „in freta dum fluvii currunt“[3]. — Nunc ad nomina terrarum earumque incolarum pervenimus: Graeci, qui Thebas obsident, nomine substantivo Argivi appellantur Th. X 540 „talis Agenoreis Argivom exercitus armis obruitur“, quae notio non reperitur nisi Acc. trag. 288 „et nonne Argivos fremere bellum et velle vim vulgus vides“. Deinde Calydonius ponitur pro Aetolus Th. X 347 „Calydonius Hopleus Maenaliusque Dymas“ (cl. 443 „par insigne animis Aetolus et inclytus Arcas“), I 669, VIII 441, A. I 500, 538: cf. Pacuv. trag. 404 „Calydonia altrix terra exuperantum virum“ (cl. Varr. ling. VII 18) et Ov. met. VIII 727 „Calydonius amnis“ (i. Achelous). Similiter Calydonis usurpatur Th. II 736, XII 117. Gnosius idem est atque Cretensis Th. XI 571 „si modo Agenorei stat Gnosia iudicis urna“:

[1] cf. pag. 16 adn. 3.

[2] Semper pluralis numerus ponitur; cf. etiam A. Klotz (Stati Thebais, ed. 1908) ad Th. V 347 in app. crit.

[3] cf. Luc. Müller ad Hor. carm. I 3, 16, ubi iam Ennium ita locutum esse concludit ex Enn. trag. 431 (= scen. 382 V) „omnem pervolat caeli fretum“ cl. Lucil. frgm. inc. 142 (= 939 M) „salsi fretus“.

cf. Catull. LXIV 171 sq. „utinam ne tempore primo Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes“ et Verg. Aen. III 115 „Gnosia regna“. Bistonis idem valet atque Thracia Th. V 142 „Bistonides veniunt fortasse maritae“: cf. Calv. carm. frg. 12 „frigida iam celeri superata est Bistonis ora“ et Ov. her. XV 240 „Bistonis ora“. Assyrius intellegitur Syriacus s. II 4, 34 „Assyrio .. amomo“; 6, 88, III 2, 121 (cl. s. III 1 praef. l. 18 „ad legionem Syriacam“); 3, 212 Th. II 91, VI 209; cf. Catull. LXVIII 144: „fragrantem Assyrio venit odore domum“ et Verg. ecl. IV 25 „Assyrium volgo nascetur amomum“. Pergama saepius significant Troiam: s. I 1, 11 „hunc (equum) neque discissis cepissent Pergama muris“, III 2, 97, A. I 177, 871, 934, II 65: cf. Enn. scen. 77 „(equus) qui suo partu ardua perdat Pergama“ et Verg. Aen. II 177 „Argolicis excindi Pergama telis“. Restat ut commemoretur racemus qua voce uva denotatur s. V 1, 50 „caris gaudet redimita racemis ulmus“: cf. Furius Bibaculus apud Sueton. de gramm. 11 „quem tres cauliculi, selibra farris, racemi duo tegula sub una ad summam prope nutriant senectam“ et Ov. a. am. III 703 „lectis de vite racemis“.

Sed transeamus nunc ad vocabula quibus res arte factae significantur: pro nave invenitur aut puppis aut carina: puppis legitur casu nominativo s. V 1, 242, Th. II 195, IX 141, A. I 65, 676, genetivo s. III 2, 29, Th. VI 717, dativo s. V 1, 148, accusativo puppem s. II 2, 142; 7, 50, III 1, 103, Th. V 401, A. II 26, puppim Th. IV 31, A. II 77, ablativo puppe s. III 2, 134; 4, 4, V 3, 127; 5, 66, Th. IV 623, V 342, 388, VII 144, XI 586, A. I 33, 692, 700, 721, II 79, puppi s. III 2, 56, A. I 680, numeri pluralis nominativo s. III 1, 107, accusativo s. III 2, 47, A. I 72, ablativo s. III 2, 75, A. I 445: cf. Lucr. V 1442 „iam mare velivolis florebat puppibus“[1] et Verg. Aen. I 69 „incute vim ventis submersasque obrue puppes“; universim denique Quintilianus l. l. docet prosam pro navi puppim non recipere; deinde carina legitur sing. num. casu genet. s.

[1] cf. C. Spangenberg, De T. Lucretii Cari tropis, diss. Marburg. 1881, pag. 50.

V 3, 238 „orbatae caligant vela carinae“, Th. I 194, dativo s. I 4, 120, Th. V 342, ablativo s. I 2, 246, III 2, 60, Th. III 57, plur. num. carinae s. IV 3, 39, Th. V 170, VII 57, IX 94, A. I 362, carinas s. I 2, 124, III 2, 1, IV 3, 77, A. I 392, 779, carinis s. II 2, 79, III 1, 149, Th. IV 224, VII 88, IX 247, A. I 34, 203, 443: cf. Enn. ann. 573 „carbasus alta volat pandam ductura carinam“[1] et Verg. Aen. II 23 „(Tenedos insula) nunc tantum sinus et statio male fida carinis“. Extrema vox commemoratur torus qui cubile significat: s. III 1, 38, torum Th. X 109, XII 348, toro Th. II 92, 125, tori s. III 1, 86, Th. II 342, A. I 109, toros s. I 2, 13, V 1, 125, Th. I 518, 583, V 224, VIII 257, A. I 741, toris Th. II 143, V 31: cf. Catull. LXI 167 „aspice intus ut accubans vir tuos Tyrio in toro“ et Verg. Aen. II 2 „toro pater Aeneas sic orsus ab alto“[2].

Nunc afferuntur vocabula quae ad animalia spectant: vestigia pro pedibus exstant s. V 2, 28 „primaque patricia clausit vestigia luna“ (de calceis lunatis): cf. Catull. LXIV 162 „candida permulcens liquidis vestigia lymphis“ et Sen. Oed. 812 „forata ferro gesseras vestigia“. Ulna bracchium significat s. II 1, 66 „brevibusque umeros circumdabit ulnis“, III 1, 90, V 1, 173; 3, 266, Th. VI 672, IX 865, X 515, XII 412, A. I 172: cf. Catull. XVII 12sq. „pueri instar bimuli tremula patris dormientis in ulna“ et Ov. met. XI 63 „cupidis amplectitur ulnis“. Vertex nominatur pro capite s. V 3, 225 „patrias ego vertice frondes . . tuli“; 5, 28, Th. IV 165: cf. Catull. LXIV 309 „at roseo niveae residebant vertice vittae“ et Ov. met. V 84 „humum moribundo vertice pulsat“. Porro saepe genae oculos designant: genas legitur s. V 1, 34, 174; 4, 8; 5, 85, Th. II 232, VII 75, VIII 653, IX 155, X 689, XI 372, XII 325, 534, A. I 351, 516, 764, 855, genis s. II 7, 133, Th. II 238, VIII 247, 436: cf. Enn. ann. 532 „pandite sulti genas“ et Verg. Aen. VI 686 „effusaeque genis

[1] Interpretatur hunc locum Ed. Wölfflin, pandus, span. pando, in Arch. f. lat. Lex. vol. I (1884), pag. 331 sq.

[2] cf. Lindskog, l. l. pag. 16; de aliis notionibus vide infra pag. 33.

lacrimae"[1]. Artus pro toto corpore ponuntur, semper in pluralis numeri casu nominativo aut accusativo s. I 4, 56, 106; 2, 20, 141; V 1, 194, Th. I 387, 416, 493, 622, II 413, 627, IV 94, 835, V 247, 539, 605, VI 395, 470, 571, 841, 849, 858, VII 480, 761, VIII 5, 738, IX 44, X 37, 356, 478, 547, 775, 789, 938, XI 545, 600, XII 98, 138, 213, 339, 387, 411, 421, 439, 457: cf. Lucr. III 128sq. „est igitur calor ac ventus vitalis in ipso qui nobis moribundos deserit artus"[2] et Ov. met. IX 268 „mortales Tirynthius exuit artus". Deinde pennae idem valent atque alae s. I 2, 104 „admotis tepefecit pectora pennis", IV 3, 38, V 4, 16, Th. II 209, V 433, XII 18, A. I 374: cf. Enn. ann. 147 „et densis aquila pennis obnixa volabat vento" et Verg. Aen. III 258 „in silvam pinnis ablata refugit". Denique ungulae significant equum s. II 7, 4 „pendentis bibit ungulae liquorem", Th. VI 401, 459, VII 767, XII 656: cf. Enn. ann. 224 „quatit ungula terram" et Verg. Aen. XII 339sq. „spargit rapida ungula rores sanguineos"[3]. Nunc transeamus ad tertiam particulam in qua continentur

3. exempla quae apud poetas aetatis Augusti primum reperiuntur.

Ad spatium vel locum pertinent haec: pro caelo ponuntur astra aut sidera aut polus aut axis; atque legitur astra s. I 6, 81 „tollunt innumeras ad astra voces", II 7, 33, III 1, 26, IV 6, 53, Th. III 522[4], 670, VI 93, 448, VII 124, VIII 765, IX 27, X 375[5], 665, XII 790 et astris s. I 2, 147, II 1, 94, III 3, 139; 4, 49, V 1, 102, 106, IV 2, 10, 59, Th. IV 757 (750),

[1] Ex tali locutione praeter ceteras Statium appetiisse sermonem priscorum poetarum concludit A. Klotz, Klassizismus und Archaismus. Stilistisches zu Statius, in Arch. f. lat. Lex. vol. XV (1908), pag. 411; ceterum cf. infra pag. 75sq.

[2] cf. Lindskog, l. l. pag. 18.

[3] cf. Braumüller, l. l. pag. 18.

[4] Ceteros locos respiciens lectionem traditam „astra" servandam esse suspicor.

[5] cf. Lact. Plac. ad l.: pro caelo. nam dissilientibus nubibus caelum patet.

V 24, 143, VII 99, 320, VIII 145, IX 639, X 78, 782, 898, XI 46, 72, 88, XII 66, 128[1]: cf. Verg. Aen. V 838 „levis aetheriis delapsus Somnus ab astris"; quodsi in oratione soluta legitur e. g. Cic. ad Att. II 25, 1 „laudes in astra tulit", in his praeter alias similes locutiones magis poesim quam prosam exstare puto. Astra significant etiam aerem s. I 6, 76 „immensae volucrum per astra nubes", IV 3, 38, Th. III 493, VI 498[2], XII 21: cf. Verg. Aen. V 517 „(columba) decidit exanimis vitamque reliquit in astris aetheriis". Deinde pro caelo scripsit Statius sidera s. III 4, 102 „hoc sidera mecum, hoc undae terraeque rogant", V 3, 207, 211, Th. I 497, III 499, VIII 61, IX 453, X 336, 935: cf. Verg. Aen. I 93 „tendens ad sidera palmas". Polus pro caelo exstat s. I 1, 93 „stabit, dum terra polusque"; 6, 89, III 2, 10, Th. III 225, VII 216, X 922, XI 67, poli (genet.) s. II 7, 107, Th. I 30, 157, II 5, IV 755, X 68, XII 565, polo s. I 2, 212, III 3, 48, IV 1, 46, Th. I 199, II 359, III 658, V 291, 484, 729, VIII 38, XI 129, 472, XII 1, polum s. IV 4, 12, Th. III 504, 513, VII 152, 295, poli (nomin.) Th. XI 131, polos Th. I 346, II 23, III 27, 416, polis Th. X 637, XI 463: cf. Verg. Aen. III 585 „nam neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra siderea polus". Axis denique caelum significat, singulariter axis Th. III 486 „purior axis", VII 200, axem s. III 3, 77, Th. VIII 43, axe s. IV 3, 107, Th. III 112, V 86, X 758, XI 663, XII 296, A. I 136, pluraliter axes s. I 2, 21, IV 3, 136, Th. VIII 83, X 828; haec autem notio inde ab Ovidio reperitur: cf. Ov. met. I 255 „timuit ne forte sacer tot ab ignibus aether conciperet flammas longusque ardesceret axis". Etiam pars caeli axe denotatur Th. VII 7 „Bistonias, puer, usque domos axemque nivosi sideris, Oceano vetitum qua Parrhasis ignem .. pascitur" et 78 „hunc .. sub axem": cf. Ov. met. IV 214 „axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum". Pro litore exstat harena s. I 2, 213 „Amyclaeis minus exultavit harenis pastor"; 4, 100, Th. I 710: cf. Ov. met. XI 56 sq. „hic ferus

[1] Per metonymiam denique pro die dicitur.

[2] cf. vet. schol. ap. Barth.: dicit a terra in aerem extulisse.

expositum peregrinis anguis harenis os (sc. Orphei) petit et sparsos stillanti rore capillos". Similiter gramen pro campo ponitur s. I 5, 105 „Amphrysiaco pastor de gramine carpsi", Th. II 324, 520, IV 257, 402, VI 312, X 298, XII 283: cf. Verg. Aen. VI 684 „tendentem adversum per gramina vidit Aenean"[1]. Meta nominatur pro flexura vel gyro qui apud illam fit atque etiam latius patet s. I 2, 86 „meta pallebat in ipsa", V 2, 26, 123[2], A. I 673. Th. VI 440: cf. Ov. met. X 597 „decursa novissima meta est". Ad arboris notionem accedunt frondes et rami s. I 1, 10 „caesis decrevit frondibus Ide", II 3, 51, Th. III 475: cf. Verg. Aen. XI 522 sq. „valles . . . quam densis frondibus atrum urget utrimque latus"[3]; rami leguntur s. II 3, 60 sq. „exclusos invitat gurgite ramos": cf. Verg. Aen. III 649 sq. „bacas lapidosaque corna dant rami"[4]. Denique ut frumentum intellegatur, exstat arista Th. IV 122 „Dryopumque trahens Erasinus aristas", VII 274: cf. Verg. georg. I 219 sq. „solisque instabis aristis".

Sequitur, ut vocabula ad aquas spectantia proferantur: gurges idem valet atque lacus s. II 3, 61 „exclusos invitat gurgite ramos": cf. Hor. carm. II 1, 33 „qui gurges aut quae flumina lugubris ignara belli? quod mare Dauniae non decoloravere caedes?" Flumen designatur vocabulis gurges aut stagna aut vada aut undae: gurges legitur s. II 1, 194 „Lethaei lustrantem gurgitis oras", Th. IV 828, V 1, IX 321, 377, 393, 413, 545, X 504; ceteris locis propria notio servatur; cf. Verg. Aen. IX 23 „summoque hausit de gurgite lymphas"; stagna nominantur Th. IV 143 sq. „Peneia . . stagna", VII 587, IX 326, 498, XI 179: cf. Verg. Aen. XI 458 „dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni"; vada commemorantur singulari numero s. IV 4, 7 „suburbanisque vadum praetexitur hortis", Th. IV 782, 822, VII 429, IX 266, 322, 431, 458, 494, XII 416, pluraliter s. I 3, 18, III 2, 109, Th. IV 816, VII 283,

[1] cf. Braumüller, l. l. pag. 20.
[2] cf. Barth ad l.; de voce versandi cf. Th. VI 459, 671, VII 691.
[3] cf. Lindskog, l. l. pag. 17.
[4] cf. Braumüller, l. l. pag. 20.

IX 230, 236, X 231: cf. Verg. Aen. VI 320 „remis vada livida verrunt". Non raro exstat unda, singulariter Th. VII 439 „tunc mollior unda", VIII 18, IX 228, 261, 325, 347, pluraliter s. I 5, 6, II 1, 99, Th. IV 683, V 23, IX 232, 279, 383, XII 654, A. II 104: cf. Verg. Aen. VI 326 „portitor ille Charon: hi quos vehit unda sepulti". Simili modo mare significatur vocabulis gurges et fluctus: illud semper in casu ablativo numeri singularis reperitur Th. II 45 „Aegaeo ... gurgite", VII 143, XII 28, A. I 26, 43, 223: cf. Verg. Aen. I 118 „apparent rari nantes in gurgite vasto"; fluctus autem leguntur s. II 2, 104 „vicino sparsa est vindemia fluctu", 93, III 1, 137, Th. IX 337, 371, A. I 75: cf. Verg. Aen. III 270 „iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos".

Nunc ad nomina terrarum eorumque incolarum transeamus: Tarpeius idem valet atque Capitolinus s. III 4, 104 „Tarpeia .. templa", IV 3, 160, V 3, 195, 232: cf. Verg. Aen. VIII 347 „ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit"[1]. Laurens pro Latius ponitur s. I 3, 83 „cedant Laurentia Turni iugera", V 2, 114: cf. Verg. Aen. VII 650 „excepto Laurentis corpore Turni". Sequuntur vocabula quae ad totam Italiam pertinent: ita enim ponitur Latium s. I 2, 266 „praeclaros Latio properate nepotes", II 7, 52, III 3, 59; 4, 17, IV 1, 31; 7, 13: cf. Hor. carm. I 12, 53 „Parthos Latio imminentes". Eadem ratione usurpatur adiectivum s. I 1, 2 „Latium .. forum", 84; 2, 114, 178, 201; 4, 79, III 2, 104; 3, 171; 5, 45, IV 1, 5; 4, 39, 57; 7, 7, V 2, 19; 3, 126, 198, 203, 215, 292, Th. I 22: cf. Prop. IV [V] 10, 37 „Di Latias iuvere manus". Similis locutio reperitur, ubi legitur Ausonia et Ausonius; et Ausonia quidem latiore notione adhibetur s. III 2, 20 „nobilis Ausoniae Celer armipotentis alumnus" et Th. VIII 409: cf. Verg. Aen. X 53sq. „magna dicione iubeto Karthago premat Ausoniam". Substantivum Ausonius legitur s. V 3, 293 „Scipio sic plenos Latio Iove ducere somnos creditur Ausoniis":

---

[1] cf. Rothstein (Properti carm. ed. et comm. instr., 1898) ad III 11, 45 et Meusel, Curae Propertianae, diss. Lips. 1902, pag. 22.

expositum peregrinis anguis harenis os (sc. Orphei) petit et sparsos stillanti rore capillos". Similiter gramen pro campo ponitur s. I 5, 105 „Amphrysiaco pastor de gramine carpsi", Th. II 324, 520, IV 257, 402, VI 312, X 298, XII 283: cf. Verg. Aen. VI 684 „tendentem adversum per gramina vidit Aenean"[1]. Meta nominatur pro flexura vel gyro qui apud illam fit atque etiam latius patet s. I 2, 86 „meta pallebat in ipsa", V 2, 26, 123[2], A. I 673, Th. VI 440: cf. Ov. met. X 597 „decursa novissima meta est". Ad arboris notionem accedunt frondes et rami s. I 1, 10 „caesis decrevit frondibus Ide", II 3, 51, Th. III 475: cf. Verg. Aen. XI 522sq. „valles . . . quam densis frondibus atrum urget utrimque latus"[3]; rami leguntur s. II 3, 60sq. „exclusos invitat gurgite ramos": cf. Verg. Aen. III 649sq. „bacas lapidosaque corna dant rami"[4]. Denique ut frumentum intellegatur, exstat arista Th. IV 122 „Dryopumque trahens Erasinus aristas", VII 274: cf. Verg. georg. I 219sq. „solisque instabis aristis".

Sequitur, ut vocabula ad aquas spectantia proferantur: gurges idem valet atque lacus s. II 3, 61 „exclusos invitat gurgite ramos": cf. Hor. carm. II 1, 33 „qui gurges aut quae flumina lugubris ignara belli? quod mare Dauniae non decoloravere caedes?" Flumen designatur vocabulis gurges aut stagna aut vada aut undae: gurges legitur s. II 1, 194 „Lethaei lustrantem gurgitis oras", Th. IV 828, V 1, IX 321, 377, 393, 413, 545, X 504; ceteris locis propria notio servatur; cf. Verg. Aen. IX 23 „summoque hausit de gurgite lymphas"; stagna nominantur Th. IV 143sq. „Peneia .. stagna", VII 587, IX 326, 498, XI 179: cf. Verg. Aen. XI 458 „dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni"; vada commemorantur singulari numero s. IV 4, 7 „suburbanisque vadum praetexitur hortis", Th. IV 782, 822, VII 429, IX 266, 322, 431, 458, 494, XII 416, pluraliter s. I 3, 18, III 2, 109, Th. IV 816, VII 283,

[1] cf. Braumüller, l. l. pag. 20.
[2] cf. Barth ad l.; de voce versandi cf. Th. VI 459, 671, VII 691.
[3] cf. Lindskog, l. l. pag. 17.
[4] cf. Braumüller, l. l. pag. 20.

IX 230, 236, X 231: cf. Verg. Aen. VI 320 „remis vada livida verrunt“. Non raro exstat unda, singulariter Th. VII 439 „tunc mollior unda“, VIII 18, IX 228, 261, 325, 347, pluraliter s. I 5, 6, II 1, 99, Th. IV 683, V 23, IX 232, 279, 383, XII 654, A. II 104: cf. Verg. Aen. VI 326 „portitor ille Charon: hi quos vehit unda sepulti“. Simili modo mare significatur vocabulis gurges et fluctus: illud semper in casu ablativo numeri singularis reperitur Th. II 45 „Aegaeo ... gurgite“, VII 143, XII 28, A. I 26, 43, 223: cf. Verg. Aen. I 118 „apparent rari nantes in gurgite vasto“; fluctus autem leguntur s. II 2, 104 „vicino sparsa est vindemia fluctu“, 93, III 1, 137, Th. IX 337, 371, A. I 75: cf. Verg. Aen. III 270 „iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos“.

Nunc ad nomina terrarum eorumque incolarum transeamus: Tarpeius idem valet atque Capitolinus s. III 4, 104 „Tarpeia .. templa“, IV 3, 160, V 3, 195, 232: cf. Verg. Aen. VIII 347 „ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit“[1]. Laurens pro Latius ponitur s. I 3, 83 „cedant Laurentia Turni iugera“, V 2, 114: cf. Verg. Aen. VII 650 „excepto Laurentis corpore Turni“. Sequuntur vocabula quae ad totam Italiam pertinent: ita enim ponitur Latium s. I 2, 266 „praeclaros Latio properate nepotes“, II 7, 52, III 3, 59; 4, 17, IV 1, 31; 7, 13: cf. Hor. carm. I 12, 53 „Parthos Latio imminentes“. Eadem ratione usurpatur adiectivum s. I 1, 2 „Latium .. forum“, 84; 2, 114, 178, 201; 4, 79, III 2, 104; 3, 171; 5, 45, IV 1, 5; 4, 39, 57; 7, 7, V 2, 19; 3, 126, 198, 203, 215, 292, Th. I 22: cf. Prop. IV [V] 10, 37 „Di Latias iuvere manus“. Similis locutio reperitur, ubi legitur Ausonia et Ausonius; et Ausonia quidem latiore notione adhibetur s. III 2, 20 „nobilis Ausoniae Celer armipotentis alumnus“ et Th. VIII 409: cf. Verg. Aen. X 53sq. „magna dicione iubeto Karthago premat Ausoniam“. Substantivum Ausonius legitur s. V 3, 293 „Scipio sic plenos Latio Iove ducere somnos creditur Ausoniis“:

---

[1] cf. Rothstein (Properti carm. ed. et comm. instr., 1898) ad III 11, 45 et Meusel, Curae Propertianae, diss. Lips. 1902, pag. 22.

cf. Verg. Aen. XII 834 „sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt utque est nomen erit"; adiectivum invenitur s. I 2, 76 „Ausoniis multum gener ille petitus matribus", 175; 4, 24, II 1, 195, III 2, 120; 3, 105, 116; 4, 18, 32, IV 4, 52, 61, 96; 8, 20, 45, V 2, 174; 3, 168, Th. XII 272: cf. Verg. Aen. III 170sq. „Corytum terrasque requirat Ausonias". Porro Aetnaeus idem valet atque Sicanius s. I 3, 69 „(Alpheum) dulcis ad Aetnaeos deducat semita portus" (cl. I 2, 206 „Sicanios . . fontes", Th. I 272 „Sicanios . . amores", IV 239 „qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis advena"): cf. Ov. met. VIII 260 „iamque fatigatum tellus Aetnaea tenebat Daedalon". Hiberia significat Hispaniam s. III 3, 89 „quicquid ab auriferis eiectat Hiberia fossis": cf. Hor. carm. IV 5, 28 „quis ferae bellum curet Hiberiae". Hiberus igitur pro Hispanus exstat s. IV 6, 102 „pecoris possessor Hiberi (Geryon)", V 3, 186, Th. I 158, IV 266, VI 880: cf. Verg. Aen. XI 913 „fessos iam gurgite Phoebus Hibero tinguat equos". — Restat, ut nominetur Thyle, quae insula Britanniam significare videtur s. IV 4, 62 „aut Rheni populos aut nigrae litora Thyles aut Histrum servare datur . .", V 2, 55[1]: cf. Verg. georg. I 30 „tibi serviat ultima Thyle".

Deinde afferuntur vocabula quae ad Graeciam spectant. Ad Graecos enim, qui Troiam deleverunt, referuntur Argivus, Argolicus, Danaus. Primum exstat A. I 915 „Argivaque bella morari": cf. Verg. Aen. II 254 „Argiva phalanx". Alterum invenitur A. I 772 „Argolicis ducibus iam tunc patuisset Achilles", 775, 927, II 18, 78: cf. Verg. Aen. II 118 „sanguine quaerendi reditus animaque litandum Argolica" (oraculum Phoebi Graecis datum). Tertium[2] legitur s. V 3, 268 „Danaas iterum portare per umbras", A. I 392, 447, II 33: cf. Verg. Aen. III 602 „scio me Danais

[1] cf. s. V 1, 90sq. „quantum ultimus orbis cesserit et refugo circumsona gurgite Thyle" (de Britannia).

[2] Adiectivum, cum substantivum etiam in prosa adhiberi pag. 10 indicatum sit.

e classibus unum". Simili ratione Graeci, qui Thebas obsidebant, comprehenduntur adiectivo nomine Inachius vel Inachus Th. III 533 „Inachii sunt hi tibi, concipe, reges", V 672, VI 38, VII 145, 458, VIII 318, X 728, XI 173: cf. Verg. Aen. XI 285 sq. „ultro Inachias venisset ad urbes Dardanus et versis lugeret Graecia fatis"; item usurpatur Inachus Th. VIII 363 „Inacha pubes"; quae forma adiectivi a poeta, metri causa ut videtur, novatum est[1]. Deinde Mycenae pro terra Argolica ponuntur Th. II 119 „Cadmo dominas inferre Mycenas"[2], VII 177[3], VIII 670, IX 440, X 16, XI 147, 187, XII 115: cf. Verg. Aen. II 330 sq. „milia quod magnis umquam venere Mycenis". Similiter adiectivum usurpatur s. III 3. 188 „cui magna patrem cervice vehenti sacra Mycenaeae patuit reverentia flammae": cf. Prop. II 22, 32 „bella Mycenaeae non timuere rates?" Illa dicendi ratio, ut magis illustretur, adnoto et praedico Mycenis nullos milites in castra Graecorum profectos esse, ut apparet ex Th. IV 305 sq. „hos belli coetus iurataque pectora Marti milite vicinae nullo iuvere Mycenae", quapropter locutiones, quales sunt Mycenis venire, Mycenas redire, proprie intellegi nequeunt; neque etiam Polynices Mycenas accepit dotales, ut cognoscitur e Th. IV 80 sqq.; itaque eis quoque locis, quae ad Polynicem spectant, ipsa urbs non significatur. Deinde Doricus idem valet atque Graecus Th. II 182 „quas Doricus alligat intus Isthmus", IV 116, VI 740, VII 208[4], VIII 138, 634, IX 313[5], A. I 394[6], 869: cf. Verg. Aen. VI 88 „non Simois tibi nec Xanthus nec Dorica castra".

Porro Lacedaemonius intellegitur, ubi exstat Amyclaeus vel Therapnaeus vel Taenarius: s. I 2, 142 „Venus Amyclaeos ad frena citavit olores", 213, II 1, 111; 2, 90,

---

[1] cf. Schamberger, l. l. pag. 256.
[2] cf. Lact. Plac. ad l.: Mycenas pro Argis.
[3] cf. Lact. Plac. ad l.: id est: inimicos Argos Thebanorum spoliis ditare.
[4] cf. Lact. Plac. ad l.: Graeca propter iniurias Tantali eqs.
[5] cf. vet. schol. ap. Barth.: omnium Graecorum.
[6] cf. vet. schol. ap. Barth.: Graeca. Ut Dorica castra.

IV 8, 29, Th. VI 329[1], VII 413: cf. Verg. georg. III 89 „Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus". Therapnaeus legitur s. II 2, 110 „Therapnaei (i. Lacedaemonii = Tarentini) placent vineta Galaesi" (cl. s. III 3, 93 „Lacedaemonii pecuaria culta Galaesi"), III 2, 111 (cl. Dionys. Perieg. 13 *'Αμυκλαίου Κανώπου*)[2]: cf. Ov. fast. V 223sq. „prima Therapnaeo feci de sanguine florem", Taenarius invenitur Th. I 355 „Taenariis contermina lucis Arcadiae capita alta", IV 214, VI 508, VII 588, 659: cf. Ov. her. XIII 45 „Taenariae faciem culpasse maritae (i. Helenae)".

Ad totam Arcadiam spectant Maenalius, Parrhasius, Parrhasis, Tegeaeus, Tegeaticus, Tegeatis. Maenalius adhibetur s. I 2, 17 „de Maenalia volucer Tegeaticus umbra", Th. IV 256, 801, VI 563, 602[3], VII 64, IX 719, 809, X 348, XII 125: cf. Ov. her. IV 99 „in Maenalia Atalanta". Parrhasius invenitur s. IV 5, 5 „iam trux ad Arctos Parrhasias hiems concessit", Th. IV 246, 293, VII 163, VIII 370, IX 744, XI 178: cf. Verg. Aen. XI 31 „Parrhasio Euandro"; altera adiectivi forma legitur Th. VII 8 „Parrhasis" (i. Ursa): cf. Ov. met. II 460 „Parrhasis erubuit". Tegeaeus denique exstat s. V 5, 4 „volucer Tegeaee" (i. Mercuri), Th. VI 632[4], VII 605[5], VIII 599: cf. Verg. georg. I 18 „adsis, o Tegeaee, favens" (Mercuri); ad eandem notionem accedunt duae huius adiectivi formae a poeta novatae[6]: Tegeaticus s. I 2, 18 „volucer Tegeaticus" et V 1, 101, Tegeatis Th. IX 571 „sagittiferi mater Tegeatis ephebi (Atalante)".

---

[1] Th. X 505 „Amyclaeis Triviae lugebere Nymphis" et IV 259 „Amyclaeas (i. Dianae) . . pharetras" prima notio servatur, cum Amyclis Dianam celebratam esse constet.

[2] Ubi Dioscuri laudantur (s. IV 2, 48; 8, 52, V 3, 139, Th. VII 793), prima notio servatur, cum illi Therapnis maximo honore usi sint.

[3] cf. Lact. Plac. ad l.: Parthenopaeus Arcas, quia Maenalus mons Arcadiae est ut ipse inferius (607sq.) „a vertice crinis Arcados" id est Parthenopaei. Similiter vet. schol. ap. Barth.

[4] cf. Lact. Plac. ad l.: Arcadius.

[5] cf. Lact. Plac. ad l.: Arcadica.

[6] cf. Schamberger, l. l. pag. 254 et 259.

Deinde Monychius idem valet atque Atticus s. V 3, 107 „quo non Monychiae quicquam praestantius arces" et Th. II 252[1], XII 616: cf. Ov. met. II 709sq.: „Munychiosque volans agros gratamque Minervae despectabat humum". Olenius est Aetolus Th. I 402 „Olenius Tydeus"[2] et II 541: cf. Ov. fast. V 251 „quod petis Oleniis", inquam, „mihi missus ab arvis flos dabit". Ad Boeotiam referuntur Dircaeus, Ismenius, Hyanteus, Hyantius, et prima quidem vox Th. II 142 „Dircaeusque gradum pariterque Acheloius heros" (Polynices et Tydeus), 610, IV 74, 770, V 647, VI 607, 913, VIII 438, X 466, XII 5, A. I 12: cf. Verg. ecl. II 24 „Amphion Dircaeus". Ismenius exstat Th. I 673 „Ismenius heros" (Polynices), II 307, VII 124, VIII 497, A. I 827: cf. Ov. met. XIII 682 „hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris". Hyanteus ponitur Th. I 183 „Cadmus exul Hyanteos invenit regna per agros": cf. Ov. met. V 37 „fonte Medusaeo et Hyantea Aganippe", Hyantius denique s. II 7, 8 „et Paean et Hyantiae sorores": cf. Ov. met. III 147 „participes operum compellat Hyantius (Actaeon) ore". Pro Thessalus legitur Atracius (ab oppido quod vocatur Atrax[3]) Th. I 105sq. „Phoebes Atracia rubet arte labor": cf. Prop. I 8, 25sq.: „licet Atraciis considat in oris et licet Hylleis". Emathius idem valet atque Macedonicus s. III 2, 117 „ad Emathios manes" (i. Alexandri Magni sepulcrum): cf. Ov. trist. III 5, 39 „ducis Emathii" (i. Alexandri); idem substantivi loco usurpatur Th. XII 571 „Emathii Thracesque". Pro adiectivo Thracius non pauca vocabula in usu sunt: Bistonius, Edonus, Geticus, Odrysius, Ismarius, Rhodopeius, Strymonius. Primum legitur s. I 1, 18 „Martem . . . Bistonius portat sonipes", II 4, 21, Th. II 587, VI 665, VII 7, XI 194:

---

[1] Aliter Lact. Plac. ad l.: quae Pallas non minus diligit Larisam quam Munichiam.

[2] cf. Lact. Plac. ad l.: Calydon, Pleuron et Olenos civitates sunt Aetoliae, unde fuit Tydeus. atque ideo modo Olenium dicit, modo Calydonium, modo Pleuronium.

[3] Sed Lact. Plac. ab Atrace, rege Thessaliae, deducit.

IV 8, 29, Th. VI 329[1], VII 413: cf. Verg. georg. III 89 „Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus". Therapnaeus legitur s. II 2, 110 „Therapnaei (i. Lacedaemonii = Tarentini) placent vineta Galaesi" (cl. s. III 3, 93 „Lacedaemonii pecuaria culta Galaesi"), III 2, 111 (cl. Dionys. Perieg. 13 *Ἀμυκλαίου Κανώπου*)[2]: cf. Ov. fast. V 223sq. „prima Therapnaeo feci de sanguine florem", Taenarius invenitur Th. I 355 „Taenariis contermina lucis Arcadiae capita alta", IV 214, VI 508, VII 588, 659: cf. Ov. her. XIII 45 „Taenariae faciem culpasse maritae (i. Helenae)".

Ad totam Arcadiam spectant Maenalius, Parrhasius, Parrhasis, Tegeaeus, Tegeaticus, Tegeatis. Maenalius adhibetur s. I 2, 17 „de Maenalia volucer Tegeaticus umbra", Th. IV 256, 801, VI 563, 602[3], VII 64, IX 719, 809, X 348, XII 125: cf. Ov. her. IV 99 „in Maenalia Atalanta". Parrhasius invenitur s. IV 5, 5 „iam trux ad Arctos Parrhasias hiems concessit", Th. IV 246, 293, VII 163, VIII 370, IX 744, XI 178: cf. Verg. Aen. XI 31 „Parrhasio Euandro"; altera adiectivi forma legitur Th. VII 8 „Parrhasis" (i. Ursa): cf. Ov. met. II 460 „Parrhasis erubuit". Tegeaeus denique exstat s. V 5, 4 „volucer Tegeaee" (i. Mercuri), Th. VI 632[4], VII 605[5], VIII 599: cf. Verg. georg. I 18 „adsis, o Tegeaee, favens" (Mercuri); ad eandem notionem accedunt duae huius adiectivi formae a poeta novatae[6]: Tegeaticus s. I 2, 18 „volucer Tegeaticus" et V 1, 101, Tegeatis Th. IX 571 „sagittiferi mater Tegeatis ephebi (Atalante)".

---

[1] Th. X 505 „Amyclaeis Triviae lugebere Nymphis" et IV 259 „Amyclaeas (i. Dianae) . . pharetras" prima notio servatur, cum Amyclis Dianam celebratam esse constet.

[2] Ubi Dioscuri laudantur (s. IV 2, 48; 8, 52, V 3, 139, Th. VII 793), prima notio servatur, cum illi Therapnis maximo honore usi sint.

[3] cf. Lact. Plac. ad l.: Parthenopaeus Arcas, quia Maenalus mons Arcadiae est ut ipse inferius (607sq.) „a vertice crinis Arcados" id est Parthenopaei. Similiter vet. schol. ap. Barth.

[4] cf. Lact. Plac. ad l.: Arcadius.

[5] cf. Lact. Plac. ad l.: Arcadica.

[6] cf. Schamberger, l. l. pag. 254 et 259.

Deinde Monychius idem valet atque Atticus s. V 3, 107 „quo non Monychiae quicquam praestantius arces“ et Th. II 252[1], XII 616: cf. Ov. met. II 709sq.: „Munychiosque volans agros gratamque Minervae despectabat humum“. Olenius est Aetolus Th. I 402 „Olenius Tydeus“[2] et II 541: cf. Ov. fast. V 251 „quod petis Oleniis“, inquam, „mihi missus ab arvis flos dabit“. Ad Boeotiam referuntur Dircaeus, Ismenius, Hyanteus, Hyantius, et prima quidem vox Th. II 142 „Dircaeusque gradum pariterque Acheloius heros“ (Polynices et Tydeus), 610, IV 74, 770, V 647, VI 607, 913, VIII 438, X 466, XII 5, A. I 12: cf. Verg. ecl. II 24 „Amphion Dircaeus“. Ismenius exstat Th. I 673 „Ismenius heros“ (Polynices), II 307, VII 124, VIII 497, A. I 827: cf. Ov. met. XIII 682 „hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris“. Hyanteus ponitur Th. I 183 „Cadmus exul Hyanteos invenit regna per agros“: cf. Ov. met. V 37 „fonte Medusaeo et Hyantea Aganippe“, Hyantius denique s. II 7, 8 „et Paean et Hyantiae sorores“: cf. Ov. met. III 147 „participes operum compellat Hyantius (Actaeon) ore“. Pro Thessalus legitur Atracius (ab oppido quod vocatur Atrax[3]) Th. I 105sq. „Phoebes Atracia rubet arte labor“: cf. Prop. I 8, 25sq.: „licet Atraciis considat in oris et licet Hylleis“. Emathius idem valet atque Macedonicus s. III 2, 117 „ad Emathios manes“ (i. Alexandri Magni sepulcrum): cf. Ov. trist. III 5, 39 „ducis Emathii“ (i. Alexandri); idem substantivi loco usurpatur Th. XII 571 „Emathii Thracesque“. Pro adiectivo Thracius non pauca vocabula in usu sunt: Bistonius, Edonus, Geticus, Odrysius, Ismarius, Rhodopeius, Strymonius. Primum legitur s. I 1, 18 „Martem . . . Bistonius portat sonipes“, II 4, 21, Th. II 587, VI 665, VII 7, XI 194:

---

[1] Aliter Lact. Plac. ad l.: quae Pallas non minus diligit Larisam quam Munichiam.

[2] cf. Lact. Plac. ad l.: Calydon, Pleuron et Olenos civitates sunt Aetoliae, unde fuit Tydeus. atque ideo modo Olenium dicit, modo Calydonium, modo Pleuronium.

[3] Sed Lact. Plac. ab Atrace, rege Thessaliae, deducit.

cf. Verg. Aen. XII 834 „sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt utque est nomen erit“; adiectivum invenitur s. I 2, 76 „Ausoniis multum gener ille petitus matribus“, 175; 4, 24, II 1, 195, III 2, 120; 3, 105, 116; 4, 18, 32, IV 4, 52, 61, 96; 8, 20, 45, V 2, 174; 3, 168, Th. XII 272: cf. Verg. Aen. III 170sq. „Corytum terrasque requirat Ausonias“. Porro Aetnaeus idem valet atque Sicanius s. I 3, 69 „(Alpheum) dulcis ad Aetnaeos deducat semita portus“ (cl. I 2, 206 „Sicanios . . fontes“, Th. I 272 „Sicanios . . amores“, IV 239 „qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis advena“): cf. Ov. met. VIII 260 „iamque fatigatum tellus Aetnaea tenebat Daedalon“. Hiberia significat Hispaniam s. III 3, 89 „quicquid ab auriferis eiectat Hiberia fossis“: cf. Hor. carm. IV 5, 28 „quis ferae bellum curet Hiberiae“. Hiberus igitur pro Hispanus exstat s. IV 6, 102 „pecoris possessor Hiberi (Geryon)“, V 3, 186, Th. I 158, IV 266, VI 880: cf. Verg. Aen. XI 913 „fessos iam gurgite Phoebus Hibero tinguat equos“. — Restat, ut nominetur Thyle, quae insula Britanniam significare videtur s. IV 4, 62 „aut Rheni populos aut nigrae litora Thyles aut Histrum servare datur . .“, V 2, 55[1]: cf. Verg. georg. I 30 „tibi serviat ultima Thyle“.

Deinde afferuntur vocabula quae ad Graeciam spectant. Ad Graecos enim, qui Troiam deleverunt, referuntur Argivus, Argolicus, Danaus. Primum exstat A. I 915 „Argivaque bella morari“: cf. Verg. Aen. II 254 „Argiva phalanx“. Alterum invenitur A. I 772 „Argolicis ducibus iam tunc patuisset Achilles“, 775, 927, II 18, 78: cf. Verg. Aen. II 118 „sanguine quaerendi reditus animaque litandum Argolica“ (oraculum Phoebi Graecis datum). Tertium[2] legitur s. V 3, 268 „Danaas iterum portare per umbras“, A. I 392, 447, II 33: cf. Verg. Aen. III 602 „scio me Danais

[1] cf. s. V 1, 90sq. „quantum ultimus orbis cesserit et refugo circumsona gurgite Thyle“ (de Britannia).

[2] Adiectivum, cum substantivum etiam in prosa adhiberi pag. 10 indicatum sit.

e classibus unum". Simili ratione Graeci, qui Thebas obsidebant, comprehenduntur adiectivo nomine Inachius vel Inachus Th. III 533 „Inachii sunt hi tibi, concipe, reges", V 672, VI 38, VII 145, 458, VIII 318, X 728, XI 173: cf. Verg. Aen. XI 285sq. „ultro Inachias venisset ad urbes Dardanus et versis lugeret Graecia fatis"; item usurpatur Inachus Th. VIII 363 „Inacha pubes"; quae forma adiectivi a poeta, metri causa ut videtur, novatum est[1]. Deinde Mycenae pro terra Argolica ponuntur Th. II 119 „Cadmo dominas inferre Mycenas"[2], VII 177[3], VIII 670, IX 440, X 16, XI 147, 187, XII 115: cf. Verg. Aen. II 330sq. „milia quod magnis umquam venere Mycenis". Similiter adiectivum usurpatur s. III 3. 188 „cui magna patrem cervice vehenti sacra Mycenaeae patuit reverentia flammae": cf. Prop. II 22, 32 „bella Mycenaeae non timuere rates?" Illa dicendi ratio, ut magis illustretur, adnoto et praedico Mycenis nullos milites in castra Graecorum profectos esse, ut apparet ex Th. IV 305sq. „hos belli coetus iurataque pectora Marti milite vicinae nullo iuvere Mycenae", quapropter locutiones, quales sunt Mycenis venire, Mycenas redire, proprie intellegi nequeunt; neque etiam Polynices Mycenas accepit dotales, ut cognoscitur e Th. IV 80sqq.; itaque eis quoque locis, quae ad Polynicem spectant, ipsa urbs non significatur. Deinde Doricus idem valet atque Graecus Th. II 182 „quas Doricus alligat intus Isthmus", IV 116, VI 740, VII 208[4], VIII 138, 634, IX 313[5], A. I 394[6], 869: cf. Verg. Aen. VI 88 „non Simois tibi nec Xanthus nec Dorica castra".

Porro Lacedaemonius intellegitur, ubi exstat Amyclaeus vel Therapnaeus vel Taenarius: s. I 2, 142 „Venus Amyclaeos ad frena citavit olores", 213, II 1, 111; 2, 90,

---

[1] cf. Schamberger, l. l. pag. 256.
[2] cf. Lact. Plac. ad l.: Mycenas pro Argis.
[3] cf. Lact. Plac. ad l.: id est: inimicos Argos Thebanorum spoliis ditare.
[4] cf. Lact. Plac. ad l.: Graeca propter iniurias Tantali eqs.
[5] cf. vet. schol. ap. Barth.: omnium Graecorum.
[6] cf. vet. schol. ap. Barth.: Graeca. Ut Dorica castra.

georg. III 12 „Idumaeas . . . palmas". At Palaestinus ponitur pro Syriacus s. III 2, 104 „Latius cui ductor Eoa signa Palaestinasque dedit frenare cohortes" (cf. s. III praef. l. 17 sq. „missum ad legionem Syriacam")[1], s. II 1, 161 et V 1, 214 (de liquoribus): cf. Ov. fast. II 463 sq. „venit ad Euphraten comitata Cupidine parvo inque Palaestinae margine sedit aquae". Corycius idem valet atque Cilix s. V 1, 214 „Coryciaeque comae" (i. crocus, qui aliis locis nominatur „ver . . . Cilicumque fluit" s. V 1, 211, „Cilicum flores" II 1, 161, „Cilicum messes" II 6, 86, „messes Cilicumque" III 3, 83): cf. Verg. georg. IV 127 „Corycium vidisse senem". Sequuntur vocabula, quae ad Africam referuntur: ad Aegyptum vero spectat Mareoticus, Mareotis, Niliacus, Pharius: prima vox legitur s. III 2, 24 „(navis Aegyptium frumentum adferens) sparsit Tyrrhenae Mareotica vina Minervae", IV 6, 103, Th. I 264: cf. Hor. carm. I 37, 14 „mentemque lymphatam Mareotico (sc. vino)". Altera exstat s. III 2, 103 „excipe multisono puppem Mareotida sistro": cf. Verg. georg. II 91 „sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides albae". Niliacus ponitur s. IV 9, 12 „tus Niliacum", Th. III 478: cf. Ov. a. am. III 318 „Niliacis carmina lusa modis". Saepius autem Pharius adhibetur s. II 1, 73 „mixtus Phariis venalis mercibus infans", 161; 5, 29; 6, 87, III 1, 31; 2, 22, 102, 112, V 1, 242; 3, 244; 5, 66, Th. I 254, IV 709, V 11, VI 278: cf. Ov. fast. V 619 „hoc alii signum Phariam dixere iuvencam". Universim Cinyphius pro Africanus collocatur s. IV 3, 90 „qualis Cinyphius tacente ripa Poenos Bagrada serpit inter agros" et 9, 32: cf. Verg. georg. III 311 sq. „nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirqui". Massylus denique accedit ad notionem Maurus vel Africanus s. III 3, 94 „Massylaque robora et Indi dentis honos" (i. lignum citreum et ebur); sed ceteris locis quibus leones nominantur nescio an prima notio servari possit: Vergilius

[1] Ad eandem notionem accedit vox Assyrius v. 121 „usque et in Assyrias sedes mandataque castra", ubi de eadem re poeta loquitur; cf. pag. 18.

primus hoc verbum adhibuisse in carmine videtur[1]: cf. Verg. Aen. IV 483 „Massylae gentis monstrata sacerdos".

Reliquum est, ut nomina ad inferos spectantia proferantur: ita enim usurpatur Avernus crebrius: s. V 1, 27 „deis pallentis Averni", 259; 3, 271, Th. III 146, IV 457, 605, VII 98[2], 823, VIII 34, 193, XI 12, 588, XII 645: cf. Ov. am. III 9, 27 „hunc quoque summa dies nigro submersit Averno". Eadem ratio exstat, ubi legitur Styx: s. III 3, 193 „immitem potuit Styga vincere supplex Thracius": cf. Verg. Aen. VI 154 „lucos Stygis et regna invia vivis aspicies". Tunc etiam adiectivum Stygius latius patet: s. I 2, 39 „Stygiis ... monstris", III 5, 37, Th. I 710, IV 53, 443, 526, 624, V 156, 198, VI 753, VIII 4, 47, 190, 376, 508, 549, X 833, 915, XI 64, 71, 76, 85, 344, 415, 576, XI 464, XII 215, 277, 558: cf. Verg. Aen. VI 252 „Stygio regi nocturnos incohat aras". Item Lethaeus usurpatur s. III 2, 112 „cur servet Pharias Lethaeus ianitor aras", V 3, 24, 285, Th. IV 414: cf. Hor. carm. IV 7, 27 „nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro vincula Pirithoo".

Sequitur ut proferam vocabulum quod ad tempus pertinet: annus enim significatur voce bruma, quam saepius pro hieme usurpari supra[3] demonstratum est: Th. IV 653 „geminae iam sidera brumae"[4]: cf. Ov. fast. I 394 „tertia quae (festa Bacchi) solito tempore bruma refert".

Nunc enumeremus vocabula, quibus res arte factae denotantur. Ensis intellegitur, ubi exstat capulus: Th. III 88 „absciderat plenum capulo latus", IX 540 X 435, 661, XII 30: cf. Ov. met. XII 132 sq.: „clipeoque adversa reducto ter quater ora viri, capulo cava tempora pulsat". Hastile pro telo collocatur Th. VII 593 „insequitur telis, multumque hastile resumens . . . transigit": cf. Verg. Aen. XI 561 „adducto contortum hastile lacerto inmittit". Ad

---

[1] cf. Norden, Verg. Aen. l. VI comm. pag. 140 ad VI 60.

[2] cf. Lact. Plac. ad l.: Averno inferis.

[3] pag. 10.

[4] cf. Lact. Plac. ad l.: eleganter brumas pro annis posuit, non aestates, quia apud Thracas et Getas perpetuae semper habentur hiemes.

eandem notionem accedit ammentum Th. IV 153 „quibus haud ammenta nec enses triste micant" et XI 440: cf. Verg. Aen. IX 665 „intendunt acris arcus ammentaque torquent" (cl. X 585 „iaculum nam torquet in hostem"). Spiculum exstat pro sagitta Th. V 361 „quantum Cortynia currunt spicula", VII 596, 753, 769, IX 870: cf. Verg. Aen. VII 497 „curvo derexit spicula cornu". Cuspis significat tridentem Neptuni hastam Th. I 222 „tu valida quod cuspide late ire per inlicitum pelago, germane, dedisti", VII 814 (cl. VII 225): cf. Ov. met. XII 580 „deus, aequoreas qui cuspide temperat undas".

Nunc pervenimus ad vocabula quae currus et naves significant. Prima est notio vocis rota s. II 7, 27 „stridoremque rotae cadentis (currus Hyperionis) audis", V 1, 17, Th. X 318: cf. Verg. Aen. XII 379 „cum rota praecipitem et procursu concitus axis impulit". Eadem ratione ponitur axis Th. I 274 „illic Mavortius axis Oenomai", II 724, III 225[1], VI 284, 320, 508, VII 763, X 479, XII 543, 733: cf. Verg. Aen. V 820sq. „tumidumque sub axe tonanti sternitur aequor aquis". Navis designatur prora Th. XII 624 „linquitur Eois longe speculabile proris Sunion": cf. Verg. Aen. 222sq. „innabant pariter fluctusque secabant, quot prius aeratae steterant ad litora prorae". Ad eandem notionem accedunt vela s. V 2, 5sq. „abeuntis amici vela sequar spectemque ratem", Th. IV 484, A. I 361: cf. Ov. trist. I 2, 82 „tellus, quam mea vela petunt".

Deinde transeamus ad aedificiorum nomina: pro templo nominatur limen, plurali scilicet numero s. I 1, 22 „hinc obvia limina pandit, qui fessus bellis (i. Divus Iulius)", III 1, 105; 2, 106; 4, 80, IV 3, 9, Th. VIII 199: cf. Verg. Aen. II 365 „perque domos et religiosa deorum limina". Item usurpatur tectum s. III 1, 137 „iunctae tecta novercae provocat" et Th. X 563: cf. Verg. Aen. VI 13 „iam subeunt Triviae lucos atque aurea tecta". Culmen pro domo exstat s. III 1, 79

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: incertum utrum poli axem an currus dixerit sed rectius currus axem accipimus.

„multo culmine dives mons nitet“, Th. I 409, III 38, X 92: cf. Verg. Aen. XII 569 „urbem eruam et aequa solo fumantia culmina ponam“. Item collocantur fores Th. VI 42sq. „integratoque resultant accensae clamore fores“ (cl. 46 „conticuit stupefacta domus“)[1] et VIII 199: cf. Prop. I 3, 35sq. „tandem te nostro referens iniuria lecto alterius clausis expulit e foribus?“ Turres significant muros s. II 1, 145 „hunc turribus e Phrygiis flesset missurus Ulixes“, Th. III 249, VIII 347, IX 146: cf. Hor. carm. IV 6, 7 „Dardanas turres quateret tremenda cuspide pugnax“. Sed muri denotant urbem s. II 2, 1 „inter notos Sirenum nomine muros“ (i. Surrentum); Th. II 560, VII 17, XII 293, 464, 784: cf. Verg. Aen. I 645 „Ascanio ferat haec ipsumque ad moenia ducat“. Deinde postes pro foribus nominantur s. I 2, 47 „fervent agmine postes“, II 1, 64; 7, 87, IV 1, 44, Th. I 210, III 347, IV 17: cf. Verg. Aen. II 480 „postisque a cardine vellit aeratos“. Extrema vox commemoratur torus, qui designat lectum genialem, et singulari quidem numero s. II 6, 4 „deserti praecepta coniuge partem conclamare tori“, Th. I 76, 257, V 71, VI 180, plurali s. I 2, 182, 251, III 3, 109; 5, 69, Th. I 25, A. I 193, II 292[2]: cf. Ov. met. I 318 „Deucalion . . . cum consorte tori“ et pont. III 3, 50 „non me legitimos sollicitasse toros“. Eadem voce etiam lectus funebris denotatur Th. VI 55 „damnatus flammae torus et puerile feretrum“ et 129: cf. Verg. Aen. VI 220 „tum membra toro defleta reponunt“, quem locum Statius fortasse in animo habuit[3].

His exemplis additur sinus qui exstat pro tota veste s. II 1, 131 „enormes non ille sinus, sed semper ad annos texta legens“, 133, IV 1, 21, V 2, 29, Th. V 234, VII 658, A. I 326: cf. Ov. her. XIII 36 „indue regales, Laodamia, sinus“. Deinde plectrum pro lyra nominatur et interdum per meto-

---

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: resultant fores aedes resiliunt; vet. comment. ap. Barth.: tota regia, cuius pars prima obiciebantur fores.

[2] His illis locis quos enumeravimus per metonymiam intellegitur conubium.

[3] cf. Deipser, l. l. pag. 18.

nymiam accipitur s. I 2, 98 „tibi plectra dedit"; 3, 101; 4, 19, II 2, 61, 137; 7, 44, III 1, 16; 2 41; IV 4, 36; 7, 6, V 1, 203, Th. VII 631: cf. Hor. carm. I 26, 10 „hunc fidibus novis, hunc Lesbio sacrare plectro teque tuasque decet sorores".

Nunc ad reliqua nomina transeamus, quae ad homines et bestias pertinent: non semel legitur pollex pro manu s. IV 6, 27 „quod ebur Pisaeo pollice rasum" (cl. II 2, 66 „Phidiacae rasere manus"), Th. XI 401[1], A. I 332, 581: cf. Ov. met. IX 395 „Eurytidos lacrimas admoto pollice siccat Alcmene". Pro toto corpore invenitur latus s. III 3, 65 „Caesareum coluisse latus", V 1, 131, 187: cf. Hor. carm. III 10, 19 sq. „non hoc semper erit liminis aut aquae caelestis patiens latus". Ad notionem hominis accedit manus s. I 3, 50 sq. „quicquid et argento primum vel in aere minori lusit et enormes manus est experta colossos"; 4, 74, III 1, 118, IV 3, 49, 56, Th. II 217, V 379, X 25 et dextra s. V 1, 10 „sed mortalis honos, agilis quem dextra laborat" et 184: cf. Verg. Aen. I 592 „quale manus addunt ebori decus" et VIII 566 „cui tamen omnis abstulit haec animas dextra et totidem exuit armis". Viscera vel exta significantur fibris s. IV 8, 2 „pecudum fibris spirantibus imple", Th. II 246, III 456, 557, IV 466, X 667, XI 15: cf. Verg. Aen. VI 600 „nec fibris requies datur ulla renatis". Vellus nominatur pro pelle leonis Th. II 681 „molliaque eiecta delambit vellera lingua": cf. Ov. met. IX 235 „congeriem silvae Nemeaeo vellere summam sternis". Pinna collocatur pro ave Th. IV 409 „ille deos non large caede iuvencum, non alacri pinna aut verum salientibus extis" et VIII 258: cf. Verg. Aen. III 361 „et volucrum linguas et praepetis omina pinnae". Denique cornua significant taurum eiusque figuram s. I 2, 135 „cornua sumeret aethrae rector" et Th. I 720: cf. Prop. III 19 [IV 18], 12 „(Pasiphae) induit abiegnae cornua falsa bovis".

Haec sunt exempla, quae iam apud poetas aetatis Augusti reperiuntur. Nunc, ut est propositum, ea tractantur

---

[1] cf. vet. schol. ap. Barth.: ingeniosa manu.

4. exempla quae apud ceteros poetas ante Statium inveniuntur:

Pro ramis nominantur frondes Th. II 708sq. „(quercus) quam plurimus ambit frondibus incurvis et crudo robore cortex“: cf. Lucan. III 305sq. „orant Cecropiae praelata fronde Minervae“. Unda refertur ad lacum s. II 3, 4 „ceu mediis iterum nascatur ab undis“, 45, 55: cf. Lucan. IX 354 „se dilecta Tritonida dixit ab unda“. Sequuntur nomina, quibus terrae vel incolae earum significantur: adiectivum Achaeus[1] complectitur omnes Graecos s. V 3, 141 „quid Achaea mereri praemia, nunc ramis Phoebi, nunc gramine Lernae . .“, A. II 62, Th. II 164, IV 728: cf. Val. Fl. III 697 „quis terris pro Iuppiter“ inquit „Achaeis iste dies! saevi capiant quae gaudia Colchi!“ Similiter ponitur Argolicus pro Graecis, qui Thebanis bellum inferebant[2], nisi intelleguntur, qui ipsam terram Argolicam incolunt Th. III 489 „Argolicae primordia pugnae“, V 554, 643, 735, VII 490, 688, VIII 105, 744, X 270, 596, 884, XI 49, 136, XII 771: cf. Sen. Phoen. 58 „catervas alter (i. Polynices) Argolicas agens“. Deinde Caledonius idem valet atque Britannicus s. V 2, 142 „quanta Caledonios attollet gloria campos“ (de Vettio Bolano qui Britanniae praeerat): cf. Val. Fl. I 8 „Caledonius postquam tua carbasa vexit Oceanus“. Idyme pro Palaestina collocatur s. I 6, 13 „(quicquid) fecundis cadit aut iugis Idymes“, III 2, 138, V 2, 138: cf. Val. Fl. I 12 „versam proles tua pandet Idumen“. Similiter Pharus significat Aegyptum s. III 2, 102 „(Isi) nunc regina Phari numenque orientis anheli“: cf. Lucan. VIII 443 „petimus Pharon arvaque Lagi“. Ad eandem terram spectat Paraetonius s. III 2, 49 „Paraetoniis adsignat carbasa ripis“, Th. V 12: cf. Lucan. X 9 „Paraetoniam . . . in urbem (i. Alexandriam)“.

Deinde, ne aberret enumeratio, vallum exstat pro castris s. V 2, 153 „quascumque vias vallumque subibis“:

---

[1] Substantivum invenitur etiam in soluta oratione; cf. pag. 9.

[2] Troianorum adversarii in Achilleide intelleguntur; cf. pag. 24.

nymiam accipitur s. I 2, 98 „tibi plectra dedit"; 3, 101; 4, 19, II 2, 61, 137; 7, 44, III 1, 16; 2 41; IV 4, 36; 7, 6, V 1, 203, Th. VII 631: cf. Hor. carm. I 26, 10 „hunc fidibus novis, hunc Lesbio sacrare plectro teque tuasque decet sorores".

Nunc ad reliqua nomina transeamus, quae ad homines et bestias pertinent: non semel legitur pollex pro manu s. IV 6, 27 „quod ebur Pisaeo pollice rasum" (cl. II 2, 66 „Phidiacae rasere manus"), Th. XI 401[1], A. I 332, 581: cf. Ov. met. IX 395 „Eurytidos lacrimas admoto pollice siccat Alcmene". Pro toto corpore invenitur latus s. III 3, 65 „Caesareum coluisse latus", V 1, 131, 187: cf. Hor. carm. III 10, 19sq. „non hoc semper erit liminis aut aquae caelestis patiens latus". Ad notionem hominis accedit manus s. I 3, 50sq. „quicquid et argento primum vel in aere minori lusit et enormes manus est experta colossos"; 4, 74, III 1, 118, IV 3, 49, 56, Th. II 217, V 379, X 25 et dextra s. V 1, 10 „sed mortalis honos, agilis quem dextra laborat" et 184: cf. Verg. Aen. I 592 „quale manus addunt ebori decus" et VIII 566 „cui tamen omnis abstulit haec animas dextra et totidem exuit armis". Viscera vel exta significantur fibris s. IV 8, 2 „pecudum fibris spirantibus imple", Th. II 246, III 456, 557, IV 466, X 667, XI 15: cf. Verg. Aen. VI 600 „nec fibris requies datur ulla renatis". Vellus nominatur pro pelle leonis Th. II 681 „molliaque eiecta delambit vellera lingua": cf. Ov. met. IX 235 „congeriem silvae Nemeaeo vellere summam sternis". Pinna collocatur pro ave Th. IV 409 „ille deos non large caede iuvencum, non alacri pinna aut verum salientibus extis" et VIII 258: cf. Verg. Aen. III 361 „et volucrum linguas et praepetis omina pinnae". Denique cornua significant taurum eiusque figuram s. I 2, 135 „cornua sumeret aethrae rector" et Th. I 720: cf. Prop. III 19 [IV 18], 12 „(Pasiphae) induit abiegnae cornua falsa bovis".

Haec sunt exempla, quae iam apud poetas aetatis Augusti reperiuntur. Nunc, ut est propositum, ea tractantur

---

[1] cf. vet. schol. ap. Barth.: ingeniosa manu.

4. exempla quae apud ceteros poetas ante Statium inveniuntur:

Pro ramis nominantur frondes Th. II 708sq. „(quercus) quam plurimus ambit frondibus incurvis et crudo robore cortex“: cf. Lucan. III 305sq. „orant Cecropiae praelata fronde Minervae“. Unda refertur ad lacum s. II 3, 4 „ceu mediis iterum nascatur ab undis“, 45, 55: cf. Lucan. IX 354 „se dilecta Tritonida dixit ab unda“. Sequuntur nomina, quibus terrae vel incolae earum significantur: adiectivum Achaeus[1] complectitur omnes Graecos s. V 3, 141 „quid Achaea mereri praemia, nunc ramis Phoebi, nunc gramine Lernae . .“, A. II 62, Th. II 164, IV 728: cf. Val. Fl. III 697 „quis terris pro Iuppiter“ inquit „Achaeis iste dies! saevi capiant quae gaudia Colchi!“ Similiter ponitur Argolicus pro Graecis, qui Thebanis bellum inferebant[2], nisi intelleguntur, qui ipsam terram Argolicam incolunt Th. III 489 „Argolicae primordia pugnae“, V 554, 643, 735, VII 490, 688, VIII 105, 744, X 270, 596, 884, XI 49, 136, XII 771: cf. Sen. Phoen. 58 „catervas alter (i. Polynices) Argolicas agens“. Deinde Caledonius idem valet atque Britannicus s. V 2, 142 „quanta Caledonios attollet gloria campos“ (de Vettio Bolano qui Britanniae praeerat): cf. Val. Fl. I 8 „Caledonius postquam tua carbasa vexit Oceanus“. Idyme pro Palaestina collocatur s. I 6, 13 „(quicquid) fecundis cadit aut iugis Idymes“, III 2, 138, V 2, 138: cf. Val. Fl. I 12 „versam proles tua pandet Idumen“. Similiter Pharus significat Aegyptum s. III 2, 102 „(Isi) nunc regina Phari numenque orientis anheli“: cf. Lucan. VIII 443 „petimus Pharon arvaque Lagi“. Ad eandem terram spectat Paraetonius s. III 2, 49 „Paraetoniis adsignat carbasa ripis“, Th. V 12: cf. Lucan. X 9 „Paraetoniam . . . in urbem (i. Alexandriam)“.

Deinde, ne aberret enumeratio, vallum exstat pro castris s. V 2, 153 „quascumque vias vallumque subibis“:

[1] Substantivum invenitur etiam in soluta oratione; cf. pag. 9.
[2] Troianorum adversarii in Achilleide intelleguntur; cf. pag. 24.

cf. Lucan. I 516 „(miles Romanus) effugit exiguo nocturna pericula vallo". Cuspis intellegitur sagitta s. I 2, 75 „densa trepidantem cuspide fixi", A. II 122: cf. Lucan. III 620 „crebra confixus cuspide perstat". Angues nominantur pro aegide[1] Th. II 597 „hunc Phoebi pharetras, hinc torvae Pallados anguis" et A. I 486: cf. Val. Fl. IV 237sq. „Bacchum ante acies primamque deorum Pallada et oppositos doluit sibi virginis angues". Carbasus navem designat s. III 2, 48sq. „donec tua turbine nullo laeta Paraetoniis adsignat carbasa ripis", 100, A. I 558[2], 704, II 25, Th. VI 405: cf. Val. Fl. I 8 „postquam tua carbasa vexit Oceanus". Pecten idem valet atque lyra Th. V 341 „mitior et senibus cygnis et pectine Phoebi vox media de puppe venit"[3]: cf. Val. Fl. III 159sq. „dulci festis adsistere mensis pectine".

Messis ponitur pro anno s. I 4, 77 „perque novem timuit Pamphylia messes": cf. Petron. sat. 89, v. 1sq. „iam decima maestos inter ancipites metus Phrygas obsidebat messis".

Porro, ut ad animalia accedamus, vultus significant caput s. I 1, 47 „acrius attollit vultus (equus)"; 2, 105, Th. V 237[4], VII 85, X 452, 516, 638: cf. Lucan. II 111sq. „ab ignota voltus cervice recisos". Denique vellus exstat pro pelle aurea Th. II 281 „dirum Phrixei velleris aurum" et V 475: cf. Val. Fl. I 60sq. „tantoque silet possessa dracone vellera".

Quoniam adhuc prolata sunt exempla quae iam ante Statium in usu erant, nunc enumerantur

---

[1] cf. Overbeck, Griech. Kunstmythologie II 1, pag. 344sqq. et 358sqq.

[2] Falso vet. schol. ap. Barth.: carbasus navis a velo ut Ennius: carbasus alta volat pandam ductura carinam, quoniam carina intellegitur navis ideoque carbasus pro velo collocata est. Cf. Wölfflin, „pandus, span. pando" in Arch. f. lat. Lex. vol. I (1884), pag. 331sq.

[3] cf. vet. schol. ap. Barth. ad l.: pectine pro cithara, lira aut cantilena Phoebi.

[4] cf. vet. schol. ap. Barth. ad v. 236: truncos vultus decisos reliquo corpore.

5. exempla quae a Statio ipso novata esse possunt.

Ut caelum pro aere ponitur, ita Statius eandem notionem vocabulo polus subicit quod pro caelo exstare cognovimus[1]: Th. I 647 „nigra quem tabe sinistra quaeris, inique (i. Phoebe), poli" (cl. 630sq. „pestifera arma iacit camposque et celsa Cyclopum tecta superiecto nebularum incendit amictu" et Lact. Plac. ad v. 647 „sinistri poli corrupti aeris sive nullum habentis remedium sanitatis"). Deinde nubigena videtur idem valere atque caelestis s. V 2, 130sq. „plaudere collo nubigenas clipeos" (i. ancilia); Livius (I 20, 4) eos appellat „caelestia arma" et Vergilius (Aen. VIII 664) „lapsa ancilia caelo", nam caelo delapsos esse hos clipeos vel unum eorum credebatur; sed vocis nubigena propria notio est „e nube procreatus" velut Th. I 365 „nubigenas . . . amnes", V 263 „nubigenae caluere mero" (i. Centauri, qui ab Ixione et Nephela orti esse traduntur): ad hanc locutionem illustrandam comparare liceat nubila quae fere aerem significant s. III 1, 155 „nubila disco findere" (cl. V 3, 53), Th. III 557, VIII 699, X 928, A. II 154, ut etiam Verg. Aen. V 525 „volans liquidis in nubibus arsit harundo". Vada ad lacum referuntur s. II 3, 3 „arbor incurvata vadis redit inde": item loquitur Sil. V 7sq. „quae vada . . . nunc volvente die Thrasymenni nomina servant". Palmes vitem significat s. III 1, 147 „Icario nemorosus palmite Gaurus" (cl. III 5, 99 „Bacchei vineta madentia Gauri"): cf. Mart. VIII 40, 1 „non horti neque palmitis beati, sed rari nemoris, Priape, custos".

Etiam terrarum et gentium nomina usurpantur nova ratione: Ausones nominantur pro Romanis vel Italis s. IV 5, 37 „protinus Ausonum portus vadosae nescius Africae intras" (in toto enim carmine Italia Africae opponitur, cf. e. g. v. 45sq. „non sermo Poenus, non habitus tibi, externa non mens, Italus, Italus"), quae notio non nisi apud poetas Graecos invenitur. Item Laurens intellegitur s. I 2, 163 „o mihi Laurentes inter dilecta puellas" (cl. v. 114 „Latias . . . matres"

[1] pag. 21.

cf. Lucan. I 516 „(miles Romanus) effugit exiguo nocturna pericula vallo“. Cuspis intellegitur sagitta s. I 2, 75 „densa trepidantem cuspide fixi“, A. II 122: cf. Lucan. III 620 „crebra confixus cuspide perstat“. Angues nominantur pro aegide[1] Th. II 597 „hunc Phoebi pharetras, hinc torvae Pallados anguis“ et A. I 486: cf. Val. Fl. IV 237sq. „Bacchum ante acies primamque deorum Pallada et oppositos doluit sibi virginis angues“. Carbasus navem designat s. III 2, 48sq. „donec tua turbine nullo laeta Paraetoniis adsignat carbasa ripis“, 100, A. I 558[2], 704, II 25, Th. VI 405: cf. Val. Fl. I 8 „postquam tua carbasa vexit Oceanus“. Pecten idem valet atque lyra Th. V 341 „mitior et senibus cygnis et pectine Phoebi vox media de puppe venit“[3]: cf. Val. Fl. III 159sq. „dulci festis adsistere mensis pectine“.

Messis ponitur pro anno s. I 4, 77 „perque novem timuit Pamphylia messes“: cf. Petron. sat. 89, v. 1sq. „iam decima maestos inter ancipites metus Phrygas obsidebat messis“.

Porro, ut ad animalia accedamus, vultus significant caput s. I 1, 47 „acrius attollit vultus (equus)“; 2, 105, Th. V 237[4], VII 85, X 452, 516, 638: cf. Lucan. II 111sq. „ab ignota voltus cervice recisos“. Denique vellus exstat pro pelle aurea Th. II 281 „dirum Phrixei velleris aurum“ et V 475: cf. Val. Fl. I 60sq. „tantoque silet possessa dracone vellera“.

Quoniam adhuc prolata sunt exempla quae iam ante Statium in usu erant, nunc enumerantur

---

[1] cf. Overbeck, Griech. Kunstmythologie II 1, pag. 344sqq. et 358sqq.

[2] Falso vet. schol. ap. Barth.: carbasus navis a velo ut Ennius: carbasus alta volat pandam ductura carinam, quoniam carina intellegitur navis ideoque carbasus pro velo collocata est. Cf. Wölfflin, „pandus, span. pando“ in Arch. f. lat. Lex. vol. I (1884), pag. 331sq.

[3] cf. vet. schol. ap. Barth. ad l.: pectine pro cithara, lira aut cantilena Phoebi.

[4] cf. vet. schol. ap. Barth. ad v. 236: truncos vultus decisos reliquo corpore.

5. exempla quae a Statio ipso novata esse possunt.

Ut caelum pro aere ponitur, ita Statius eandem notionem vocabulo polus subicit quod pro caelo exstare cognovimus[1]: Th. I 647 „nigra quem tabe sinistra quaeris, inique (i. Phoebe), poli" (cl. 630sq. „pestifera arma iacit camposque et celsa Cyclopum tecta superiecto nebularum incendit amictu" et Lact. Plac. ad v. 647 „sinistri poli corrupti aeris sive nullum habentis remedium sanitatis"). Deinde nubigena videtur idem valere atque caelestis s. V 2, 130sq. „plaudere collo nubigenas clipeos" (i. ancilia); Livius (I 20, 4) eos appellat „caelestia arma" et Vergilius (Aen. VIII 664) „lapsa ancilia caelo", nam caelo delapsos esse hos clipeos vel unum eorum credebatur; sed vocis nubigena propria notio est „e nube procreatus" velut Th. I 365 „nubigenas . . . amnes", V 263 „nubigenae caluere mero" (i. Centauri, qui ab Ixione et Nephela orti esse traduntur); ad hanc locutionem illustrandam comparare liceat nubila quae fere aerem significant s. III 1, 155 „nubila disco findere" (cl. V 3, 53), Th. III 557, VIII 699, X 928, A. II 154, ut etiam Verg. Aen. V 525 „volans liquidis in nubibus arsit harundo". Vada ad lacum referuntur s. II 3, 3 „arbor incurvata vadis redit inde": item loquitur Sil. V 7sq. „quae vada . . . nunc volvente die Thrasymenni nomina servant". Palmes vitem significat s. III 1, 147 „Icario nemorosus palmite Gaurus" (cl. III 5, 99 „Bacchei vineta madentia Gauri"): cf. Mart. VIII 40, 1 „non horti neque palmitis beati, sed rari nemoris, Priape, custos".

Etiam terrarum et gentium nomina usurpantur nova ratione: Ausones nominantur pro Romanis vel Italis s. IV 5, 37 „protinus Ausonum portus vadosae nescius Africae intras" (in toto enim carmine Italia Africae opponitur, cf. e. g. v. 45sq. „non sermo Poenus, non habitus tibi, externa non mens, Italus, Italus"), quae notio non nisi apud poetas Graecos invenitur. Item Laurens intellegitur s. I 2, 163 „o mihi Laurentes inter dilecta puellas" (cl. v. 114 „Latias . . . matres"

---

[1] pag. 21.

et 273 „pulcherrima forma Italidum"): cf. Sil. XV 415 „Hannibalis quantus Laurenti terror in ora".

Achivus refertur ad Graecos qui Thebanis bellum intulerunt, substantivum Th. X 187 „erigit augur Achivos", 779, XI 21, adiectivum IV 118, VII 488, 647, X 235; sed ceteris locis Troianorum adversarii denotantur. Etiam Argivus[1] latius patet Th. VII 551 „Argiva in castra", 621, X 475; ceteris locis aut propria notio servatur aut Graeci Troianorum adversarii intelleguntur (cf. supra pag. 24). Ut Argivus, ita etiam Danaus ponitur, et substantivum quidem Danai Th. VI 689 „conlaudant Danai", VII 398, VIII 351, IX 141, Danaum VI 204, X 12, 21, 814, XII 39, Danais VI 245, VIII 298, XII 598, 716, Danaos VIII 457, 548, IX 256, X 653, 811, XI 206, 663, adiectivum VI 1 „Danaas per urbes". VII 28, X 714, XI 159; saepius hac voce alii poetae utuntur, ut Troianorum adversarios denotent, nec non Statius hanc notionem adhibet, ut supra[2] demonstratum est. Deinde Inachidae sunt primum Argivi, quae notio interdum reperitur, tunc vero pro Graecis positi sunt: Inachidae Th. III 366, IV 647, V 734, VI 133, 273, 428, 651, 806, VII 520, VIII 448, 736, IX 3, XI 30, Inachidas VI 3, VIII 498, IX 176, 512, X 207. Porro Lernaeus ponitur aut pro Argivus aut pro Graecus: illa notio exstat Th. III 461 „nomine Lernaei memorant Aphesanta coloni", VIII 112, IX 124, XII 117, haec I 38 „rubuit Lernaeo sanguine Dirce", III 492[3], IV 371, 638[4], V 499, VI 131, VII 739, XI 111. Etiam Lerna ipsa ponitur amplificata notione atque, ut Mycenae, pro terra Argolica nominatur Th. III 348 „tuque optime Lernae ductor" (i. Adrastus rex Argivus), VIII 562, X 24, 765[5], XII 94, 146, 160, 512.

---

[1] Adiectivum, cum substantivum ita iam a prioribus poetis adhibitum esse indicetur pag. 17.

[2] De substantivo cf. pag. 10, de adiectivo pag. 24.

[3] cf. Lact. Plac. ad l.: Lernaea cuspide: Argolico ferro.

[4] cf. Lact. Plac. ad l.: Lernaeos Graecos a Lerna, palude Arcadiae.

[5] cf. Lact. Plac. ad l.: captaeque impingite Lernae ut, qui nunc victores sunt, Argivi vincantur, et qui insecuntur, fugiant.

Eadem ratione alia quoque nomina usurpantur: Erymanthius idem valet atque Arcadius Th. V 665 „rectoque Erymanthius (Parthenopaeus) ense“[1], XII 805[2]; apud alios scriptores haec vox solum aprum significat. Acheloius accedit ad notionem Aetolus Th. II 142 „Acheloius heros“ (i. Tydeus), item VIII 522. Pro adiectivo Boeotius duo vocabula novavit: Mycalesius[3] et Teumesius[4]: Th. IX 281 „Mycalesia cuspis“ et I 485 „per Teumesia tempe“, II 331, 383, 624[5], IV 85, V 92[6], IX 462. Item Marathonius ad totam Atticam spectat Th. XII 196 „Actaeas acies Marathoniaque arma“; ceteris locis propria notio servari potest, sed illa etiam apud Silium Italicum invenitur: cf. XIV 650 „Marathonius hostis“; ceterum ex soluta oratione hoc adiectivum poeta primus sumpsisse videtur[7]. Deinde Iliacus ponitur pro Phrygius s. IV 2, 27 „mons Libys Iliacusque nitet“ (cf. I 2, 148 „hic Libycus Phrygiusque silex“)[8]; ceteris autem locis idem valet atque Troianus aut Romanus. Nasamonius intellegitur Africanus et ad Hannibalem refertur[9] s. IV 6, 75 „mox Nasamoniaco decus admirabile regi possessum“.

Reliquum est, ut commemoretur adiectivum Elysius, quod universim ad inferos pertinet, nisi loca beatorum ipsa nominantur, s. V 1, 257 „Elysios animae praesternere flores“, Th. III 247, IV 520, IX 148, XI 64, A. I 826, quibus locis fortasse nonnulli alii sunt addendi; ad eandem notionem accedit haec vox apud Martialem, qui ita locutus est X 24, 10 „lucos Elysiae petam puellae“ (i. Proserpinae).

---

[1] cf. Lact. Plac. ad. l.: . . . Erymanthium ergo Parthenopaeum dicit ab Erymantho, monte Arcadiae.

[2] cf. vet. schol. ap. Barth.: Arcadia Atalanta, Parthenopaei mater.

[3] cf. Schamberger, l. l. pag. 254.

[4] cf. Schamberger, l. l. pag. 254.

[5] cf. Lact. Plac. ad l.: Thebana.

[6] cf. Lact. Plac. ad l.: Boeotia.

[7] cf. Schamberger, l. l. pag. 254.

[8] cf. H. Müller, studia Statiana, diss. Berol. 1894, pag. 25 adn.

[9] cf. H. Müller, l. l. pag. 25 adn.

Nunc ratione iam supra adhibita ad res arte factas animum advertamus: tecta significant basilicam s. I 1, 29 „at laterum passus hinc Iulia tecta tuentur", quali locutione Martialis quoque utitur VI 38, 6 „infanti Iulia tecta placent". Limina exstant pro solo s. I 5, 41 „non limina cessant, effulgent camerae, vario fastigia vitro in species animosque nitent" (cf. I 3, 53 „nam splendor ab alto defluus et nitidum referentes aera testae monstravere solum, varias ubi picta per artes . . .")[1]. Deinde cristae pro galeis ponuntur Th. XII 523 sq. „ante ducem spolia et, duri Mavortis imago, virginei currus cumulataque fercula cristis"[2]: cf. Sil. IV 155 sq. „manicaeque rigebant ex auro, et simili vibrabat crista metallo". Temo intellegitur currus Th. II 723 „te biiugo temone frementem", III 260, VII 751[3], 766; ita Iuvenalis postea locutus est IV 126 „de temone Britanno excidet Arviragus"; ceteris locis temo Plaustrum caeli signum denotat, ut pag. 12 indicatum est. Porro laurus nominatur pro epistula lauro ornata s. IV 3, 110 „Eoae citius venite laurus", V 1, 88, 105; qualis fuerit haec epistula, docet schol. ad Iuv. IV 149 „antea si quid nuntiabant consules in urbem per epistulas, si victoriae nuntiabantur, laurus in epistula figebatur, si autem aliquid adversi, pinna". Eadem locutione atque Statius usus est Martialis IX 35, 6 „victricem laurum quam venit ante vides". Deinde statua equestris intellegitur, ubi exstat equus s. I 1 tit. „ecus maximus Domitiani imp." et 84 „cedat equus, Latiae qui contra templa Diones Caesarei stat sede fori" (cf. 90 „tantum dicat equos quantum distare regentes?"): cf. Mart. VIII 44, 6 „foroque triplici sparsus ante equos omnes aedemque Martis"[4].

---

[1] cf. H. Müller, l. l. pag. 30.

[2] cf. vet. schol. ap. Barth.: exstructa cristatis galeis fercula.

[3] cf. vet. schol. ap. Barth.: totus currus.

[4] Observavit et confirmavit hanc locutionem Guil. H. Roscher, Über die Reiterstatue Jul. Caesars auf dem Forum Julium und den „ἵππος βροτόπους" einer Münze des Gordianus Pius von Nikaia (Bithynien) in Sitz.-Ber. der sächs. Ges. d. Wiss. 43 (1891), pag. 99 et 104 sqq.; videtur

Restant duo exempla quae ad animalia spectant: plumae, item atque saepius pinnae, pro alis ponuntur Th. III 428 „Fama trepidas denso cum murmure plumas excutit". Non aliter postea scripsit Apul. met. III 25 „remigio plumae raptum maritum proceritas spatii fecerat alienum". Maculae pellem tigridis significant Th. II 128sq. „tigris horruit in maculas somnosque excussit inertes" et X 290 „crasso sordida tabo confudit maculas". Illum locum quomodo interpretetur dubitat Lactantius Placidus, cum aut macularum horrorem aut reticula maculis plena intellegi vult; ad hunc vero adnotavit vet. schol. ap. Barth. ad v. 285 (290): „confudit maculas: uno colore sanguinis crassi inducto. pictae pellis, totam sanguine tinctam et quasi in eo volutatam dicit".

Quoniam adhuc primi synecdochae generis exempla, quae in Stati carminibus inveniuntur, enumerata sunt, sequitur, ut de altero quaeratur genere, in quo ponitur

Totum pro parte.

Exempla quae ad hanc synecdochae speciem pertinent non ita multa sunt atque duobus exceptis apud solos poetas reperiuntur. Ut enim in soluta oratione, ita apud Statium orbis significat singularem terram vel regionem s. V 2, 132 „quasnam igitur terras, quem Caesaris ibis in orbem?", Th. VIII 508, X 142, 375, XII 517, A. I 395, 441[1]: cf. Colum. I 3, 6 „nisi aliter existimamus diversum orbem gentes universas petiisse relicto patris solo, Achaeos dico eqs." et Ov. met. VIII 100 „Creten quae meus est orbis". Deinde bellum collocatur pro partibus belli, proeliis scilicet

autem in cotidiani sermonis usu fuisse, sed exempla reperiuntur apud posteriores demum scriptores.

[1] cf. vet. schol. ap. Barth.: Graium orbem: omnes Graecorum provincias.

s. V 1, 132 „pulverea bellorum nube“, Th. VI 9, 117, 457, 865, VII 53, 391, 616, 623, 696, 797, 808, VIII 373, 449, 502, 592, 656, IX 490, 566, 783, X 214, 253, 261, 293, 490, 506, 717, 729, 754, 761, XI 116, 123, 171, 282, 348, 460, 487, XII 8, 69, 374, 754: cf. Caes. b. civ. II 12, 1 „omnis administratio belli (in oppugnatione)“, Enn. ann. 167 „bellum aequis manibus nox intempesta diremit“, Verg. Aen. I 456sq. „videt Iliacas ex ordine pugnas bellaque iam fama totum volgata per orbem“.

Nunc sequuntur exempla quae non nisi in carminibus inveniuntur. Iam ante aetatem Augusti a poetis silva ponebatur pro arbore, ut a Lucretio I 283sq. „magnus decursus aquai fragmina coniciens silvarum arbustaque tota“ et Prop. I 14, 5 „et nemus unde satas intendat vertice silvas“; Statius autem persaepe hac locutione utitur: s. I 2, 154 „excludunt radios silvis demissa vetustis frigora“, II 1, 11, III 3, 98, IV 3, 79, V 1, 24; 2, 70, Th. I 362, II 248, 500, III 257, VI 281, IX 536, 590, 605, X 144, XII 415.

Sed plura coeperunt Augusti demum temporibus in usu esse. Primum commemoratur mons qui exstat pro saxo abrupto vel deciso s. IV 2, 27 „mons Libys Iliacusque nitet“, V 3, 105, 206, Th. I 145, II 565: cf. Verg. Aen. XII 687 „fertur in abruptum magno mons improbus actu“. Deinde cupressus pro ramis cupressinis nominatur Th. VI 54 „tristibus interea ramis teneraque cupresso damnatus flammae torus“: cf. Verg. Aen. III 63sq. „stant arae caeruleis maestae vittis atraque cupresso“. Ad terram spectat locutio qua Phryx et Phrygius idem valent atque Troianus: ita enim legitur Phryx s. II 7, 48, III 1, 27, V 2, 48, A. I 361, 717, II 18 et Phrygius s. I 2, 189; 3, 87, II 1, 145, III 1, 150, V 1, 57; 2, 189; 3, 39, Th. I 161, 548, 700, V 752, X 448, A. I 69, 85, 361, 404, 960: cf. Verg. Aen. III 148 „effigies sacrae divom Phrygiique penates quos mecum ab Troia eqs.“ et XII 99 „semiviri Phrygis (i. Aeneae)“. Etiam ad tempus significandum tropus adhibetur: hiems enim denotatur voce annus Th. IV 1 „tertius horrentem zephyris laxaverat annum

Phoebus"[1]: cf. Verg. Aen. VI 311 „ubi frigidus annus trans pontum fugat (aves)". Cetera exempla pertinent ad animalia: murex nominatur pro purpura Th.VI 541 „.. chlamys repetitaque multo murice" et IX 690: cf. Verg. Aen. IV 262 „Tyrioque ardebat murice laena". Simili modo tergum ponitur pro corio Th. II 541sq. „per tamen Olenii tegimen suis atraque saetis terga" (i. pellem apri), IV 167, IX 589, X 647, XI 47[2]: cf. Verg. Aen. V 351 „sic fatus tergum Gaetuli immane leonis dat Salio". Tota quoque bestia nominatur pro pelle velut taurus Th. VII 310 „clipei septemplice tauro laeva ... servantur pectora"; ab hac locutione non alienum est quod legitur A. I 470sq. „septemque Aiax umbone coruscet armenti reges atque aequum moenibus orbem" et Th. II 78 „aeraque taurinos sonitu vincentia pulsus" (i. pulsus in pelle taurina factos[3]): cf. Verg. Aen. X 783sqq. „illa (hasta) per orbem aere cavom triplici, per linea terga tribusque transit intextum tauris opus".

Sequuntur exempla quae post Augusti aetatem demum reperiuntur: iuvencus enim pro pelle collocatur Th. III 591 „nec pudor emerito clipeum vestisse iuvenco": cf. Lucan. IV 132 „caesoque inducta iuvenco salis". Item pellis leonis denotatur Th. I 483 „inanem inpexis utrimque iubis horrere leonem[4], IV 86, s. III 1, 36: cf. Val. Fl. VIII 126 „aptans umeris capitique leonem". Similis est ratio iis locis quibus nemus pro arbore, silva pro fronde legitur: illud exstat Th. IV 455 „trunca dehinc nemora advolvunt", VI 99[5], VIII 546, IX 587, s. I 3, 17, II 2, 62: cf. Lucan. III 248 „umbras

---

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: .. „annum" ergo pro parte anni, per quem hiemem poeta significat.

[2] Exempla quibus tergum ponitur pro rebus e corio factis commemorabuntur infra pag. 58 et 61.

[3] Ita explicavit Klotz in app. crit.; cf. Lact. Plac. ad l.: aeraque taurinos nam tympanis, quae sunt ex taurina pelle, plus sonant cymbala eqs.

[4] cf. Lact. Plac. ad l.: inanem leonem hoc est pellem leonis. ut ipse alibi 〈VI 697〉 inanem tigridem dicit.

[5] cf. Lact. Plac. ad l.: ... dixit autem Chaonium nemus a toto partem ostendens.

mirati nemorum non ire sinistras"; silva reperitur s. III 1, 185 „populeaque movens albentia tempora silva" et V 5, 30: cf. Lucan. IV 603 sq. „ad somnos non terga ferae praebere cubile adsuerunt, non silva torum".

Denique pauca restant exempla, in quibus aliquid novi videtur inesse. Primum commemoro ea quae ad terram spectant: pro villa nominatur a Statio urbs in qua illa sita est: s. I 3, 1 „cernere facundi Tibur glaciale Vopisci" (cf. tit.: „villa Tiburtina" et s. I praef. 33 „villam Tiburtinam")[1], II 6, 62 „ructassent dites Vesuvina incendia Locroe", IV 4, 85 „procul ista tuo sint fata Teati". Deinde Isthmiacus idem valet atque Corinthius s. II 2, 68 „aeraque ab Isthmiacis auro potiora favillis" (i. aes Ephyreiacum)" et 7, 2 „collibus Isthmiae Diones" (i. Veneris cuius templum Corinthi erat)[2]; similiter ad Corinthum spectant quae leguntur Sil. XIV 642 „Isthmiacis . . tectis" (i. Syracusanis, quia Syracusas a Corinthiis conditas esse veteres putabant). Pro fronde ponitur nemus, ut silva modo commemorata, s. V 1, 48 „vitem ulmus amat miscetque nemus". Porro, ut aestas intellegatur, poeta scripsit annus s. I 3, 8 „Pisaeumque domus non aestuat annum", qualis locutio non nisi apud imitatorem reperitur Claudianum XXVIII 241 „anni vapore". Ut taurum, leonem pro eius pelle nominari supra vidimus, ita etiam aliae bestiae collocantur: Th. VIII 705 sq. „tergoque fatiscit atque umeris gentilis aper", VI 835 sq. „terrificos umeris Aetolus amictus exuitur patriumque suem", Th. VI 722 „tigrin inanem", IX 685 sq. „equus quem discolor ambit tigris". Similes locutiones apud alios scriptores non inveniuntur, nisi tigris item usurpatur Sil. V 148 „(sonipes) Caucasiam instratus virgato corpore tigrim".

Haec hactenus de eo tropi genere quo totum pro parte positum est. Sequitur, ut tertium tractetur, quo collocatur

---

[1] Aliter Hor. carm. I 7, 20 sq. „seu densa tenebit Tiburis umbra tui".
[2] cf. quae exposuit Klotz, curae Statianae, diss. Lips. 1896, pag. 30.

Genus pro specie.

Secundum rationem qua hoc synecdochae genus exsistit, tribus exempla comprehenduntur partibus, quarum prima continet exempla quibus forma, altera quibus materia, tertia quibus proprietas indicatur. Eas distinguere non videtur inutile esse ideo, quod hoc modo facilius cognosci potest, quod genus poeta magis adamaverit. Primum igitur proferuntur

Exempla, in quibus forma nominatur.

1. In pedestri quoque sermone adhibentur haec.

Orbis denotat terram universam s. III 4, 48 „pater inclitus orbis" (i. Domitianus), IV 2, 14, V 1, 38, 90, orbi s. III 4, 102, Th. I 649, orbem s. I 6, 25, 85, II 1, 83, V 1, 86, Th. III 551, VII 25, X 632, A. I 621, II 1, orbe Th. III 661; in soluta oratione genetivus terrae vel terrarum additur, ut Cic. Phil. IV 6, 14 „senatum, id est orbis terrae consilium, delere gestit", a poetis vero sine adiunctione orbis ponitur: cf. Verg. Aen. XII 708 „genitos diversis partibus orbis, inter se coiisse viros" (i. Aeneam et Turnum). Eidem vocabulo subicitur notio caelum s. III 4, 39 „toto .. sub orbe", V 3, 94, Th. II 139, 400, IV 716, V 530: cf. Cic. nat. deor. II 20, 53 „latitudinem lustrans (stella Veneris) signiferi orbis" et Tibull. I 2, 50 „aestivo convocat orbe nives". Deinde pro mari ponitur aequor s. III 2, 61 „rude et abscissum miseris animantibus aequor", Th. III 256, IV 24, V 359, 368, 485, VII 473, 561, A. I 29, 45, 63, 99, 445, 680, aequoris s. III 1, 129; 3, 102, Th. V 706, VI 543, aequori s. IV 3, 2, aequore s. I 2, 159, II 1, 179, IV 2, 4, V 1, 246, VII 142, IX 329, XI 118, XII 809, A. I 445, aequora s. I 2, 90, II 1, 213; 2, 14, 27, 48; 6, 28, III 2, 7, 21, 43, 55; 3, 161; 4, 5, 67; 5, 7, 79, IV 8, 45, V 3, 212, Th. I 6, 331, 480, II 41, 47, 107, V 84, 142, 309, 335, 340, VI 799, VII 804, IX 92, 245, 336, 520, X 249, A. I 273, II 8, aequoribus A. II 13: haec locutio inde a Seneca patre invenitur apud scriptores pedestris sermonis: cf. Sen. suas. 3, 1 „non in aliam condicionem deus fudit aequora

iam discus certantibus allatus esset) „lateque ferens (Hippomedon) sub pectore dextro orbem alium“[1], VII 20: cf. Ov. met. X 183 „tollere Taenarides orbem properabat“. Etiam oculi significantur hac voce: s. II 1, 42 „sidereique orbes radiataque lumina caelo“, Th. II 278, IV 471, IX 749, X 698, XI 172: cf. Ov. am. I 8, 16 „gemino lumen ab orbe venit“; ipsa oculorum foramina intelleguntur Th. I 53 „vacuos orbes“: cf. Ov. met. XIV 200 „inanem luminis orbem“ (Polyphemi). Denique orbis significat rotam Th. VI 525 „rapit igneus orbes axis“; ita etiam Ov. met. X 42 „stupuitque Ixionis orbis“. — Deinde aequor, quod pro mari etiam in pedestri sermone usurpari supra demonstratum est, ad flumen refertur Th. I 290 „horrendos etenim latices, Stygia aequora fratris, obtestor“, ut Verg. Aen. VIII 96 „viridisque secant placido aequore silvas“ (i. Thybridis), sed nonnullis locis campum designat: Th. VI 847 „petit aequor uterque procursu medium“, XI 203, 403: cf. Verg. Aen. V 456 „praecipitemque Daren ardens agit aequore toto“[2]. Non semel mare significatur voce alta, quam singulariter usurpari supra dictum est, Th. V 486 „vectum trans alta Thoanta“, VI 19, XII 515: cf. Verg. Aen. II 203 „a Tenedo tranquilla per alta“.

Porro ad caelum denotandum adhibetur convexa Th. I 208 „mixta convexa deorum maiestate tremunt“, X 501[3], 916, XII 76: cf. Verg. Aen. VI 240 sq. „talis sese halitus atris faucibus effundens super ad convexa ferebat“. Astra leguntur pro sole s. II 1, 79 sq. „prima lucida voce astra salutantem“ (cf. I 4, 3 „dubitataque sidera cernit“, de quo loco verba facta sunt pag. 46), Th. XI 94[4]: cf. Verg. Aen.

---

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: orbem discum.

[2] Sensu primario pro planitie qualibet aequor ponitur Th. X 739 „aequore campi“; item iam Enn. ann. 137 „tractatus per aequora campi“ et solutae orationes scriptores inde a Cicerone; cf. Cic. div. I 93 „in camporum patentium aequoribus“.

[3] Interpretatur Lact. Plac.: convexa plaga caeli in qua lucet stella Pollucis. Item vet. schol. ap. Barth.: caelum quo splendebat sedes Pollucis.

[4] Prima notio servatur Th. XI 129 „festina polo ducentes astra Mycenas“, ut Lucan. VII 451 sq. „astra Thyestae inpulit (Iuppiter) et subitis damnavit noctibus Argos“. Item Lact. Plac. et vet. schol. ap. Barth.

VI 725 „lucentemque globum lunae Titaniaque astra". Huc pertinet quod sidereus ad solem refertur s. I 1, 103 „sidereas imitantia flammas lumina" et II 1, 42: cf. Ov. met. VI 341 „sidereo siccata sitim collegit ab aestu". Deinde conus summam partem galeae designat: Th. IV 236 „cono Ledaeus apex", VII 351, VIII 402[1], IX 697, A. I 437, sed ipsa crista intellegitur Th. IV 21 „truces deducere conos", VIII 568, 706, XII 401: cf. Verg. Aen. III 468 „conum insignis galeae cristasque comantis" et Ov. met. III 108 „tegmina mox capitum picto nutantia cono". Similiter apex cristam significat s. IV 4, 67 sq. „agmina supra nutaturus apex", V 2, 47. Th. IV 236, VII 292, VIII 368: cf. Verg. Aen. X 270 „ardet apex capiti cristisque a vertice flamma funditur". Nonnulla pertinent ad liquorem: etenim latex ponitur pro vino Th. X 311 sq. „undique manant sanguine permixti latices et Bacchus in altos crateras paterasque redit"; item Verg. Aen. I 736 „in mensam laticum libavit honorem"; sucus autem est idem ac medicamen s. I 4, 114 „(Atridae) saeva Machaonio coierunt vulnera suco": cf. Ov. a. am. II 491 „illa Machaonios superant medicamina sucos". Guttae sunt lacrimae s. V 2, 4 „udaque turgentes impellunt lumina guttas", ut Prop. IV [V] 1, 144 „gutta quoque ex oculis non nisi iussa cadit". Deinde lapilli valent idem ac margaritae s. IV 6, 18 „Erythraeis Thetidis signanda lapillis", qua dicendi ratione Propertius quoque utitur I 15, 7 „Eois pectus variare lapillis". Restat ut commemoretur nodus qui cingulum denotat Th. IV 266 „undantemque sinum nodis inrugat Hiberis"; similis sententia exstat Verg. Aen. I 320 „nuda genu nodoque sinus collecta fluentis". Haec sunt exempla quae temporibus Augusti videntur usu recepta esse. Porro unum exstat quod

4. iam apud Petronium, in versibus scilicet, reperitur: orbis qui exstat pro rota figulari s. IV 9, 43 „Cumano patinas in orbe tortas"; cf. Petron. sat. 135, 8, v. 4 sq. „nova terrae pocula, quae facili vilis rota finxerat actu". Cetera exempla

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: coni cacumina galearum.

5. apud Statium primum vel eius aequales inveniuntur.

Sunt autem haec: orbis significat sedilia circi inferiora, ubi equites ut sederent edictum erat, s. I 6, 35 „orbem qua melior severiorque est et gentes alis insemel togatas". Huc spectat Mart. V 8, 1 sqq. „edictum domini deique nostri, quo subsellia certiora fiunt et puros eques ordines recepit". Eadem voce denotatur lychnuchus, cuius ignes in orbem erant dispositi, s. I 6, 86 sq. „descendit media nitens harena densas flammeus orbis inter umbras". Denique ut corona nominatur coetus, i. e. homines qui circumstant aliquem, ita Statius vocem orbis usurpat Th. I 211 „postquam iussa quies siluitque exterritus orbis, incipit ex alto (Iuppiter)"; quae verba mihi videntur excludere interpretationem, quam voluit glossographus apud Barthium: „exterritus orbis *τὸ πᾶν* Mundus Universus". Deinde variis modis adhibetur vox umbo quae intellegitur mons A. I 408 „undisonae quos circuit umbo Maleae", Th. VI 257 „obiectus geminis umbonibus agger", VII 15 „Isthmius umbo"[1], saxum s. IV 3, 47 „umbonibus ... coactis", Th. VI 352 „saxeus umbo, arbiter agricolis", summus fluctus Th. IX 463 „semperque umbone sinistro tollitur (Hippomedon)", cubitus A. II 141 „excipere inmissos scutato umbone molares", Th. II 671 „clipeum nec sustinet umbo mutatum spoliis"[2]. Ad novissimum exemplum pertinet locutio Martialis III 46, 5 „in turbam incideris, cuneos umbone repellet". Restant exempla quae ad liquores referuntur: pro alveo, qui est in frigidario balnei, legitur profundum s. I 5, 54 „hoc mallet nasci Cytherea profundo". Unguentum vel simile quid significatur vocabulis liquor et sucus s. II 1, 161 „Palaestinique liquores arsuram lavere comam", III 3, 12; 4, 92, V 1, 213 et I 3, 10 „Venus Idaliis unxit fastigia sucis", Th. VI 209. Denique virus idem valet atque medi-

---

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: . . . umbonem montis dixit, quia eius pars erectior imminet mari. cf. etiam s. III 1, 110 „umbo maligni montis".

[2] cf. Lact. Plac. ad l.: nec sustinet umbo hic umbonem pro humero posuit aut pro manu. Notavit hanc vocem etiam Aem. Große, observatorum in Statii silvas specimen, diss. Berol. 1861, pag. 34.

camen s. I 4, 103sq. „omne benigne virus, odoriferis Arabum quod doctus in arvis ... carpsi". Quibus exemplis enumeratis ea proferantur

exempla in quibus materia ponitur pro re ex ea confecta.

1. In sermone pedestri adhibentur haec:

arbor accedit ad notionem lignum vel trabs Th. X 841 „innumerosque gradus gemina latus arbore clusos aerium sibi portat iter" (i. scalas): cf. Vitruv. II 1, 4 „arboribus perpetuis planis dextra ac sinistra in terra positis, spatio inter eas relicto, quanto . . ." et Verg. georg. I 262 „cavat arbore lintres". Eadem vox exstat pro malo Th. V 373 „puppemque insana flagellat arbor": cf. Petron. sat. 114, 13 „non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis aut remus" et Ov. met. XI 476 „cornuaque in summa locat arbore totaque malo carbasa deducit". Similiter etiam adiectivum arboreus adhibetur Th. VII 277 „arborei dant scuta sinus": cf. Plin. nat. XII 5 „arborea et simulacra numinum" et Prop. III [IV] 22, 37 „arboreasque cruces Sinis". Deinde fax intellegitur voce taeda s. I 2, 240 „insigni geminat Concordia taeda vincula", II 7, 82, V 3, 197, 278: cf. Cic. Sex. Rosc. 24, 67 „perterreri Furiarum taedis ardentibus" et Prop. II 32 [III 30], 9 „accensis ... taedis". Fistula nominatur pro tibia s. III 3, 58 „nec erubuit famulantis fistula Phoebi" et Th. I 585: cf. Cic. de or. III 60, 225 „eburneola ... fistula" et Verg. ecl. X 34 „vestra meos olim si fistula dicat amores".

Sequuntur exempla in quibus metalla nominantur: ferrum legitur pro armis s. I 6, 53 „stat sexus rudis insciusque ferri", Th. II 491 passim, A. I 481: cf. Cic. Tusc. II 17, 41 „cum vero sontes ferro depugnabant" et Enn. ann. 398 „occumbunt multi letum ferroque lapique". Saepe ensis intellegitur: s. V 1, 199 „ferrum laxare cupit", Th. I 613 passim: cf. Cic. nat. deor. III 33, 81 „Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat", Enn. ann. 127 „caedimus ferro", Verg. Aen. VI 260 „vaginaque

5. apud Statium primum vel eius aequales inveniuntur.

Sunt autem haec: orbis significat sedilia circi inferiora, ubi equites ut sederent edictum erat, s. I 6, 35 „orbem qua melior severiorque est et gentes alis insemel togatas". Huc spectat Mart. V 8, 1 sqq. „edictum domini deique nostri, quo subsellia certiora fiunt et puros eques ordines recepit". Eadem voce denotatur lychnuchus, cuius ignes in orbem erant dispositi, s. I 6, 86 sq. „descendit media nitens harena densas flammeus orbis inter umbras". Denique ut corona nominatur coetus, i. e. homines qui circumstant aliquem, ita Statius vocem orbis usurpat Th. I 211 „postquam iussa quies siluitque exterritus orbis, incipit ex alto (Iuppiter)"; quae verba mihi videntur excludere interpretationem, quam voluit glossographus apud Barthium: „exterritus orbis *τὸ πᾶν* Mundus Universus". Deinde variis modis adhibetur vox umbo quae intellegitur mons A. I 408 „undisonae quos circuit umbo Maleae", Th. VI 257 „obiectus geminis umbonibus agger", VII 15 „Isthmius umbo"[1], saxum s. IV 3, 47 „umbonibus . . . coactis", Th. VI 352 „saxeus umbo, arbiter agricolis", summus fluctus Th. IX 463 „semperque umbone sinistro tollitur (Hippomedon)", cubitus A. II 141 „excipere inmissos scutato umbone molares", Th. II 671 „clipeum nec sustinet umbo mutatum spoliis"[2]. Ad novissimum exemplum pertinet locutio Martialis III 46, 5 „in turbam incideris, cuneos umbone repellet". Restant exempla quae ad liquores referuntur: pro alveo, qui est in frigidario balnei, legitur profundum s. I 5, 54 „hoc mallet nasci Cytherea profundo". Unguentum vel simile quid significatur vocabulis liquor et sucus s. II 1, 161 „Palaestinique liquores arsuram lavere comam", III 3, 12; 4, 92, V 1, 213 et I 3, 10 „Venus Idaliis unxit fastigia sucis", Th. VI 209. Denique virus idem valet atque medi-

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: . . . umbonem montis dixit, quia eius pars erectior imminet mari. cf. etiam s. III 1, 110 „umbo maligni montis".

[2] cf. Lact. Plac. ad l.: nec sustinet umbo hic umbonem pro humero posuit aut pro manu. Notavit hanc vocem etiam Aem. Große, observatorum in Statii silvas specimen, diss. Berol. 1861, pag. 34.

camen s. I 4, 103sq. „omne benigne virus, odoriferis Arabum quod doctus in arvis . . . carpsi“. Quibus exemplis enumeratis ea proferantur

exempla in quibus materia ponitur pro re ex ea confecta.

1. In sermone pedestri adhibentur haec:

arbor accedit ad notionem lignum vel trabs Th. X 841 „innumerosque gradus gemina latus arbore clusos aerium sibi portat iter“ (i. scalas): cf. Vitruv. II 1, 4 „arboribus perpetuis planis dextra ac sinistra in terra positis, spatio inter eas relicto, quanto . . .“ et Verg. georg. I 262 „cavat arbore lintres“. Eadem vox exstat pro malo Th. V 373 „puppemque insana flagellat arbor“: cf. Petron. sat. 114, 13 „non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis aut remus“ et Ov. met. XI 476 „cornuaque in summa locat arbore totaque malo carbasa deducit“. Similiter etiam adiectivum arboreus adhibetur Th. VII 277 „arborei dant scuta sinus“: cf. Plin. nat. XII 5 „arborea et simulacra numinum“ et Prop. III [IV] 22, 37 „arboreasque cruces Sinis“. Deinde fax intellegitur voce taeda s. I 2, 240 „insigni geminat Concordia taeda vincula“, II 7, 82, V 3, 197, 278: cf. Cic. Sex. Rosc. 24, 67 „perterreri Furiarum taedis ardentibus“ et Prop. II 32 [III 30], 9 „accensis . . . taedis“. Fistula nominatur pro tibia s. III 3, 58 „nec erubuit famulantis fistula Phoebi“ et Th. I 585: cf. Cic. de or. III 60, 225 „eburneola . . . fistula“ et Verg. ecl. X 34 „vestra meos olim si fistula dicat amores“.

Sequuntur exempla in quibus metalla nominantur: ferrum legitur pro armis s. I 6, 53 „stat sexus rudis insciusque ferri“, Th. II 491 passim, A. I 481: cf. Cic. Tusc. II 17, 41 „cum vero sontes ferro depugnabant“ et Enn. ann. 398 „occumbunt multi letum ferroque lapique“. Saepe ensis intellegitur: s. V 1, 199 „ferrum laxare cupit“, Th. I 613 passim: cf. Cic. nat. deor. III 33, 81 „Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat“, Enn. ann. 127 „caedimus ferro“, Verg. Aen. VI 260 „vaginaque

eripe ferrum"; hanc locutionem vulgarem fuisse testimonio est Quintilian. VIII 6, 20 „ut pro gladio ferrum (sc. prosa recipiet), ita non pro equo quadrupedem". Paucis locis denotatur hac voce cuspis quae hastae praefixa est: Th. IV 86 „gemino lucent hastilia ferro", VII 552, IX 762, XII 745: cf. Nep. Epam. IX 3 „si ferrum quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset" et Verg. Aen. I 313 „bina manu lato crispans hastilia ferro". Denique catenae intelleguntur Th. XII 677 „ferro pos terga revinctas Antigonem viduamque .. Adrastida": cf. Cic. Verr. V 41, 107 „homines honestissimos . . . in ferrum atque in vincla coniectos" et Sen. Phaedr. 884 „vincite ferro" (cf. 882 „verbere ac vinclis opus"). Culter autem significatur Th. III 399 „velox ferro" (medicus), IV 461, 510, X 172, XII 227: saepius ita loquitur Scribonius Largus, e. g. in cap. XC „facit ad omnia quae ferro debent tolli sine magno dolore"; ceterum cf. Verg. Aen. X 316 „casus evadere ferri quo licuit parvo?" Simili modo aes ponitur ubi de statua cogitatur: s. III 1, 94 „tot saxa imitantia vultus aeraque", IV 6, 25, 85, V 1, 232, Th. II 216, VI 272: cf. Petron. sat. 88, 5 „Myron qui paene animas hominum ferarumque aere comprehenderat" et Verg. georg. I 480 „maestum inlacrimat templis ebur aeraque sudant". Item dicitur aurum pro anulo s. III 4, 52 „quod in digitis, collo quod dignius aurum"; quae notio exstare videtur Liv. XXXII 40, 11 „non aurum modo iis sed postremo vestem quoque mundumque omnem muliebrem ademit" et Ov. am. III 8, 15 „laeva manus, cui nunc serum male convenit aurum". Sed poculum designatur Th. V 187 sq. „vacuantque profundo aurum immane mero"[1]: cf. Petron. sat. 50, 7 „quod si non frangerentur (vitrea pocula), mallem mihi quam aurum" et Verg. Aen. VII 245 „auro libabat ad aras". Porro marmor idem valet atque statua marmorea s. IV 6, 26 „laboriferi vivant quae marmora caelo Praxitelis": cf. Plin. nat. VII 127 „Praxiteles marmore nobilitatus est" et Hor. carm. IV 8, 13 „incisa notis marmora publicis". Deinde gemma est poculum gemmeum s. I 3, 49

[1] cf. Lact. Plac. ad. l.: aurum immane id est aureas pateras.

„dignas digitis contingere gemmas" et Th. I 149: cf. Sen. provid. III 11 „quibus gemma ministratur" et Verg. georg. II 506 „ut gemma bibat". Vestis purpurea significatur voce purpura s. IV 1, 1 „laeta bis octonis accedit purpura fastis Caesaris"; 5, 42 (de clavo), de bello Germanico fragm. 3, Th. XII 314: cf. Cic. Cluent. 40, 111 „illam usque ad talos demissam purpuram" et Liv. XXIV 7 „purpura viri utemur, praetexta in magistratibus, in sacerdotiis; liberi nostri praetextatis purpura togis utentur"; praeterea vide Verg. georg. II 495 „purpura regum". Cornua sunt tubae Th. VIII 342 „Mavortia . . cornua" et XI 409: cf. Cic. Sull. 5, 17 „ille arma misit, cornua, tubas" et Verg. Aen. VII 513 „cornuque recurvo Tartaream intendit vocem".

Haec sunt exempla quae iam in soluta oratione occurrunt. Sequuntur autem ea quae a poetis tantum usurpantur. Ex eorum numero pauca

2. iam ante Augusti aetatem in usu erant.

Trabs enim significat navem apud Enn. ann. 616 „trabes remis rostrata per altum" et Verg. Aen. III 191 „vela damus vastumque cava trabe currimus aequor". Bis autem Statius hac locutione utitur: s. III 2, 70 „terras fugimus exigua clausi trabe et aere nudo" et A. I 44. Deinde carbasus vel carbasa ponitur pro velis, ut iam Ennius, ann. 573 „carbasus alta volat pandam ductura carinam" et Vergilius, Aen. III 357 „tumidoque inflatur carbasus austro"; Statius non raro ita loquitur: s. IV 3, 106 „carbasa ventilatis, aurae"; 4, 89, Th. IV 29, VII 793, A. I 446, II 47[1]. Saepius ferrum ponitur pro telo: Th. II 475 „obnixo ferrum laxavit in armo (aper)", VII 709, VIII 124, 412, 419, 450, IX 309, 408, 799, 802, A. I 169: cf. Enn. ann. 407 sq. „praepete ferro Histri tela manu iacientes sollicitabant" et Verg. Aen. IX 410 „toto conixus corpore ferrum conicit". In locum cymbali succedit aes Th. II 78 „aeraque taurinos sonitu vincentia pulsus", IV 688, V 730,

[1] Carbasum pro tota nave poni demonstratum est pag. 36.

eripe ferrum"; hanc locutionem vulgarem fuisse testimonio est Quintilian. VIII 6, 20 „ut pro gladio ferrum (sc. prosa recipiet), ita non pro equo quadrupedem". Paucis locis denotatur hac voce cuspis quae hastae praefixa est: Th. IV 86 „gemino lucent hastilia ferro", VII 552, IX 762, XII 745: cf. Nep. Epam. IX 3 „si ferrum quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset" et Verg. Aen. I 313 „bina manu lato crispans hastilia ferro". Denique catenae intelleguntur Th. XII 677 „ferro pos terga revinctas Antigonem viduamque . . Adrastida": cf. Cic. Verr. V 41, 107 „homines honestissimos . . . in ferrum atque in vincla coniectos" et Sen. Phaedr. 884 „vincite ferro" (cf. 882 „verbere ac vinclis opus"). Culter autem significatur Th. III 399 „velox ferro" (medicus), IV 461, 510, X 172, XII 227: saepius ita loquitur Scribonius Largus, e. g. in cap. XC „facit ad omnia quae ferro debent tolli sine magno dolore"; ceterum cf. Verg. Aen. X 316 „casus evadere ferri quo licuit parvo?" Simili modo aes ponitur ubi de statua cogitatur: s. III 1, 94 „tot saxa imitantia vultus aeraque", IV 6, 25, 85, V 1, 232, Th. II 216, VI 272: cf. Petron. sat. 88, 5 „Myron qui paene animas hominum ferarumque aere comprehenderat" et Verg. georg. I 480 „maestum inlacrimat templis ebur aeraque sudant". Item dicitur aurum pro anulo s. III 4, 52 „quod in digitis, collo quod dignius aurum"; quae notio exstare videtur Liv. XXXII 40, 11 „non aurum modo iis sed postremo vestem quoque mundumque omnem muliebrem ademit" et Ov. am. III 8, 15 „laeva manus, cui nunc serum male convenit aurum". Sed poculum designatur Th. V 187sq. „vacuantque profundo aurum immane mero"[1]: cf. Petron. sat. 50, 7 „quod si non frangerentur (vitrea pocula), mallem mihi quam aurum" et Verg. Aen. VII 245 „auro libabat ad aras". Porro marmor idem valet atque statua marmorea s. IV 6, 26 „laboriferi vivant quae marmora caelo Praxitelis": cf. Plin. nat. VII 127 „Praxiteles marmore nobilitatus est" et Hor. carm. IV 8, 13 „incisa notis marmora publicis". Deinde gemma est poculum gemmeum s. I 3, 49

[1] cf. Lact. Plac. ad. l.: aurum immane id est aureas pateras.

„dignas digitis contingere gemmas“ et Th. I 149: cf. Sen. provid. III 11 „quibus gemma ministratur“ et Verg. georg. II 506 „ut gemma bibat“. Vestis purpurea significatur voce purpura s. IV 1, 1 „laeta bis octonis accedit purpura fastis Caesaris“; 5, 42 (de clavo), de bello Germanico fragm. 3, Th. XII 314: cf. Cic. Cluent. 40, 111 „illam usque ad talos demissam purpuram“ et Liv. XXIV 7 „purpura viri utemur, praetexta in magistratibus, in sacerdotiis; liberi nostri praetextatis purpura togis utentur“; praeterea vide Verg. georg. II 495 „purpura regum“. Cornua sunt tubae Th. VIII 342 „Mavortia .. cornua“ et XI 409: cf. Cic. Sull. 5, 17 „ille arma misit, cornua, tubas“ et Verg. Aen. VII 513 „cornuque recurvo Tartaream intendit vocem“.

Haec sunt exempla quae iam in soluta oratione occurrunt. Sequuntur autem ea quae a poetis tantum usurpantur. Ex eorum numero pauca

2. iam ante Augusti aetatem in usu erant.

Trabs enim significat navem apud Enn. ann. 616 „trabes remis rostrata per altum“ et Verg. Aen. III 191 „vela damus vastumque cava trabe currimus aequor“. Bis autem Statius hac locutione utitur: s. III 2, 70 „terras fugimus exigua clausi trabe et aere nudo“ et A. I 44. Deinde carbasus vel carbasa ponitur pro velis, ut iam Ennius, ann. 573 „carbasus alta volat pandam ductura carinam“ et Vergilius, Aen. III 357 „tumidoque inflatur carbasus austro“; Statius non raro ita loquitur: s. IV 3, 106 „carbasa ventilatis, aurae“; 4, 89, Th. IV 29, VII 793, A. I 446, II 47[1]. Saepius ferrum ponitur pro telo: Th. II 475 „obnixo ferrum laxavit in armo (aper)“, VII 709, VIII 124, 412, 419, 450, IX 309, 408, 799, 802, A. I 169: cf. Enn. ann. 407 sq. „praepete ferro Histri tela manu iacientes sollicitabant“ et Verg. Aen. IX 410 „toto conixus corpore ferrum conicit“. In locum cymbali succedit aes Th. II 78 „aeraque taurinos sonitu vincentia pulsus“, IV 688, V 730,

[1] Carbasum pro tota nave poni demonstratum est pag. 36.

VI 687, VIII 221, 268 (adiectivum aereus), A. I 623, 714, 828: cf. Lucr. II 637 „pulsarent aeribus aera“ et Verg. Aen. III 111 „Corybantiaque aera“. Aurum intellegitur monile Harmoniae Th. II 298 „sacro praeculta (Argia) .. auro“, IV 191, 192, 205, 211, VIII 104: cf. Trag. inc. 144 Ribb. „auro vendit vitam viro“ et Ov. met. IX 411 „donec eum coniunx fatale poposcerat aurum“; sed de lana Phrixei arietis cogitatur Th. II 281 „dirum Phrixei velleris aurum“[1]: cf. Plaut. Bacch. 241 sq. ‚adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arietem Phrixi, itaque tondebo auro usque ad vivam cutem“ et Ov. met. VII 165 „auro .. potitur“; denique fila in textis denotantur Th. X 60 „mixtoque incenditur (purpura) auro“, A. I 756: cf. Naev. frgm. carm. 10 „pulchramque ex auro vestemque citrosam“ et Verg. Aen. IV 264 „tenui telas discreverat auro“. Onyx intellegitur vas ex illa factum s. II 6, 91 sq. „gremio nec lubricus ossa quod vallavit onyx“: cf. Catull. LXVI 83 „quin iucunda mihi munera libet onyx“ et Hor. carm. IV 12, 17 „nardi parvus onyx“. Denique ostrum idem valet atque vestis purpura tincta s. I 4, 97 „patricio .. in ostro“, V 1, 225, Th. I 517, II 406, IV 265, VI 62, VIII 564, XI 398: cf. Lucr. II 35 „textilibus si in picturis ostroque rubenti iacteris“ et Verg. Aen. I 700 „stratoque super discumbitur ostro“. Nunc ad ea exempla pervenimus, quae

3. temporibus Augusti in poetarum usu versari coeperant.

Dimidiam vero partem eorum ad plantas arbores ligna pertinere commemorandum est. Persaepe enim hac ratione neque usquam alia significatur corona, qua caput ornatur, cum ipsa planta, ipsa arbor nominatur, unde illa confecta est. Huc pertinet etiam frons quae non raro ita usurpatur: s. I 5, 13 sq. „dumque procax vittis hederisque, soluta fronde verecunda, Clio mea ludit Etrusco“, item II 2, 8, V 1, 92; 3, 144, Th. I 554, III 566, VII 170, VIII 284, IX 654, X 254:

[1] De s. V 1, 58 explicando diversae sententiae sunt et incertae, cum respiciendum sit aut ad divitias aut ad auream ovis pellem.

cf. Verg. Aen. VIII 274 „cingite fronde comas“. Ita ponitur harundo Th. V 582 „silvicolae fracta gemuistis harundine, Fauni“: cf. Verg. Aen. X 205 „velatus harundine glauca“. Item legitur hedera, plurali scilicet numero, cum apud Vergilium[1] aliosque poetas singularis exstet: cf. Verg. ecl. VII 25 „edera crescentem ornate poetam“; Statius autem scripsit s. I 2, 249 „hederis redimita cohors“; 5, 13 „procax vittis hederisque . . . Clio“, II 7, 11, V 3, 8; 5, 30, Th. VII 653, XII 623. Deinde laurus ad eandem notionem accedit s. I 2, 99 „nostra laurum subtexere myrto“, item 227, IV 1, 41; 2, 9; 4, 47; 6, 98; 8, 19, V 3, 9; 5, 28, A. I 16, Th. III 105, IV 598, VII 351, 784, VIII 127, 276, X 645, XII 65: cf. Hor. carm. III 30, 15 sq. „mihi Delphica lauro cinge volens, Melpomene, comam“. Myrtus autem adhibetur s. I 2, 99 „nostra laurum subtexere myrto“: cf. Verg. Aen. V 72 „velat materna tempora myrto“. Oliva exstat s. V 3, 231 „me mixta quercus non pressit oliva“, sed pro ramo nominatur Th. II 99 „glaucaeque innexus olivae vittarum . . honos“, A. I 727: cf. Verg. Aen. V 309 „flavaque caput nectentur oliva“. Pinus nominatur s. V 3, 143 „nunc Athamantea protectum tempora pinu“, similiter pro ramis colligatis Th. VII 263 „pinuque iubas imitatur equinas“ (i. cristam e ramis factam): cf. Ov. met. XIV 637 „pinu praecincti cornua Panes“. Denique quercus intellegitur corona s. I 1, 70 „meritaque caput venerabile quercu (i. corona civica)“, V 3, 231: cf. Verg. Aen. VI 772 „umbrata gerunt civili tempora quercu“. Etiam arma hac ratione saepius denotantur: nam robur significat clavam s. III 1, 35 „regum multo perfusum sanguine robur“ (i. Herculis), IV 6, 42, Th. IV 64, 163, VI 539: cf. Verg. Aen. VIII 220 „nodisque gravatum robur“; eadem notio subiecta est voci ramus Th. XI 48 „similes ramos similesque videre pharetras“ (maeret Hercules): cf. Prop. I 1, 13 „Hylaei percussus vulnere rami“. Deinde lignum collocatur pro

[1] Qui tamen pluralem quoque usurpavit, et primus quidem, ut vult Aemilius Schmidt, De poetico sermonis argenteae latinitatis colore capita duo, diss. Vratislav. 1909, pag. 14.

hasta Th. II 543 „viduo iugulum ferit (telum) invita ligno"[1]: cf. Verg. Aen. IX 413 „(hasta) fisso transit praecordia ligno". Sed totum telum proponitur, ubi exstat arbor, ex qua factum est: Th. IX 552 „it tremebunda abies clipeum per", ut Verg. Aen. XI 666 sq. „cuius apertum adversi longa transverberat abiete pectus"; praeterea Th. II 624 „subit ore cavo Teumesia cornus", VII 647, VIII 680, qua de locutione iam Lact. Plac. ad VII 647 adnotat: cornu. hasta. Graece. ut Vergilius ⟨Aen. IX 698⟩: „volat Itala cornus"; eadem est notio Th. VIII 716 „secat zephyros . . fraxinus": cf. Ov. met. V 142 „per utrumque gravis librata lacerto fraxinus acta femur". Denique harundo intellegitur sagitta Th. IV 269 „terga Cydonea corytos harundine pulsat", V 533, VI 354, 940, 946, VIII 659, IX 745, 761, 772: cf. Verg. Aen. VII 499 „perque ilia venit harundo". Sed praeter arma etiam aliae res simili ratione designantur: ita buxus vel buxum idem valet atque tibia s. V 3, 88 „nec fida gavisam Pallada buxo", A. I 827, Th. II 77, 666, V 94, VII 171[2], VIII 222, IX 480[3]: cf. Verg. Aen. IX 619 „tympana vos buxusque vocat Berecyntia Matris Idaeae". Idem instrumentum animo concipitur, ubi legitur canna: Th. VI 338 „Castaliae stupuit qui sibila cannae": cf. Ov. met. XI 171 „Pana iubet Tmolus citharae submittere cannas". Pinus reperitur pro face Th. IV 380 „trifidam . . pinum disiectat", X 172[4]: cf. Verg. Aen. IX 72 „manum pinu flagranti fervidus implet". Saepius etiam navis hoc modo depingitur: cumba proponitur oculis Th. V 287 „curvo robure clausum dis pelagi . . commendo patrem"; similiter naves apud Vergilium intelleguntur Aen. V 697 sq. „semusta madescunt robora": deinde alnus exstat pro nave A. I 923 „geminas regnator Scyrius alnos deducit genero", II 19, Th. III 23, IV 479, V 370, VIII 270,

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: et viduo ligno cuspide ab ea parte quae ferro caret ac per hoc infirma.

[2] cf. Lact. Plac. ad l.: buxa tibia vel scabellum . .

[3] cf. Lact. Plac. ad l.: buxus tibia.

[4] cf. Lact. Plac. ad l.: pinus consecratas faces.

IX 308, X 13: cf. Verg. georg. II 451 „torrentem undam levis innatat alnus"; eadem sententia subiecta est voci pinus s. II 6, 28 „invitas deiecit (Paris) in aequora pinus", A. I 156, Th. III 518, V 336[1], 338, quibus locis omnibus, si excipitur ille e silvis notatus, Argo navis designatur: cf. Hor. epod. XVI 57 „non huc Argoo contendit remige pinus" et Verg. Aen. X 206 „(quos) Mincius infesta ducebat in aequora pinu". Similis ėst ratio in eis exemplis quibus metalla nominantur pro re ipsa ex illis confecta: et ferrum quidem designat securem Th. III 174 „ferro retegunt silvas", VI 90: cf. Verg. Aen. II 626sq. „(ornum) cum ferro accisam", sed forfex intellegendus est Th. VI 195 „caesariem ferro minuit": cf. Ov. met. XI 182 „solitus longos ferro resecare capillos". Deinde aes ponitur pro galea Th. VIII 708sq. „inusta temporibus nuda aera sedent"; cf. Verg. Aen. X 869 „aere caput fulgens". Plumbum legitur pro glande Th. X 744 „spargit torquens volucri nova vulnera plumbo" (glandes ipsae nominantur Th. VII 338, VIII 417, X 533, A. I 436): cf. Verg. Aen. IX 588 „media adversi liquefacto tempora plumbo diffidit"; idem metallum ponitur pro fistula s. I 3, 67 „audaci transcurris flumina plumbo": cf. Hor. epist. I 10, 20 „purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum". Saepius aurum nominatur. Cui voci subicitur notio crinale Th. V 228 „quas finxerat auro ipse comas", A. I 771: cf. Verg. Aen. IV 148 „fronde premit crinem fingens atque inplicat auro"; sed monile percipitur s. III 4, 52 „collo quod dignius aurum": cf. Verg. Aen. VIII 660sq. „lactea colla auro innectuntur"; fibula denotatur Th. VI 570 „torto chlamydem diffibulat auro" (cf. VII 658 „fibula rasilis auro", IX 694 „aurea .. fibula"): cf. Verg. Aen. XI 775sq. „croceam chlamydemque sinusque crepantis carbaseos fulvo in nodum collegerat auro"; ferculum cogitatione fingitur Th. I 150 „aurum violare cibis": cf. Verg. Aen. III 355 „impositis auro dapibus"; denique imber Danaeius hac voce significatur s. I 2, 136 „in hanc

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: Pelias pinus Argo navem dicit quae in Pelio monte Thessaliae fabricata est.

nare cupresso". Saepius poeta utitur voce trabs, et primum quidem, ut remos oculis proponat Th. V 422 „trabibus (Argus navis) de more revinctis", deinde clavam Th. I 621 „hi trabibus duris, solacia vana dolori, proterere exanimos artus", denique hastam Th. III 149 „pervia vulneribus media trabe pectora nexi", V 566, IX 124[1]. Porro taxus legitur pro face Furiarum Th. IV 485 „flagranti praevia taxo", VIII 9, XI 93. Ad mensas citreas spectat robur s. IV 2, 39 „Indisque innixa columnis robora Maurorum", ad lignum citreum s. III 3, 94 „Massylaque robora". Suggestus castrensis ex quo imperator milites cohortabatur voce caespes intellegitur s. V 2, 144 „hic suetus dare iura parens, hoc caespite turmas adfari"; eadem pro ara reperitur s. I 4, 130sq. „sed saepe deis hos inter honores caespes et exiguo placuerunt farra salino". Th. II 246.

Eadem ratione metalla pro rebus nominantur: ferrum idem valet atque anulus s. III 3, 144 „laevaque ignobile ferrum exuit", frenum Th. VI 397 „ora sonant morsu spumisque et sanguine ferrum uritur" (eadem notione Vergilius posuit aurum Aen. VII 279 „tecti auro fulvom mandunt sub dentibus aurum"), ligo s. III 1, 124 „saxa negantia ferro", veru Th. I 522 „inserto torrere ... ferro viscera", thorax Th. II 567 „fractaque commixto sederunt pectora ferro", VII 311. Deinde frenum significatur etiam voce adamas Th. III 268 „spumantem proni mandunt adamanta iugales". Aes pro ariete ponitur, si recte coniecit Postgatius Th. X 527 „trabibusque atque aere sonoro pellunt saxa loco". Argentum intellegitur fistula s. I 5, 48 „argento felix propellitur unda" et labrum in versu qui sequitur „argentoque cadit". Variis modis aurum collocatur: uno in carmine pyxis cogitatione fingitur: s. III 4, 2 „ite (comae) coronato recubantes molliter auro", 11, 91 (cf. s. III praef. 25 „cum gemmata pyxide"), aliis locis corona denotatur aurea oleagina quae ludis Albanis donabatur, s. III 5, 29 „sanctoque inductum Caesaris auro", IV 2, 67; 5, 24; eandem Martialis item significat IV 1, 5 „hic

[1] cf. Th. IV 6 „trabalem hastam".

colat Albano Tritonida multus in auro"; deinde bullam animo concipimus s.V 3, 120 „nobile pectoris aurum": cf. Iuven.V 164 „Etruscum puero si contigit aurum", cassidem Th. III 709 „saevoque genas fulgebitis auro", clupeum s. II 7, 129 „simili notatus auro", III 3, 202, statuam s. V 1, 189 „da Capitolinis aeternum sedibus aurum". Marmor exstat pro monumento s. V 1, 230 „tantas venerabile marmor spirat opes": cf. Mart. VIII 3, 6 „altaque cum Licini marmora pulvis erunt"; alveus autem qui est in domo intellegitur s. I 2, 155 „perspicui vivunt in marmore fontes" (cf. I 5, 51 „niveo qui margine caerulus amnis vivit". Vox metalla succedit in locum columnarum e marmore factarum s. III 1, 5 „nitidos postes Graisque effulta metallis culmina". Saxum legitur pro statua s. III 3, 200 „te lucida saxa, te similem doctae referet mihi linea cerae", V 1, 233, Th. IX 636. Similiter Nioba in lapidem conversa denotatur voce silex s. V 3, 8 „Phrygium silicem".

Nonnullis denique exemplis nominatur materia quae a bestiis comparata est vel ipsa bestia, ut res ex illa confectas percipias: vestis purpurea designatur murice s. II 1, 133sq. „nunc herbas imitante sinu, nunc dulce rubenti murice"; qua ratione ostrum ponitur Th. VII 571 „alterno maculas interligat ostro" (i. vittis purpureis). Vellus intellegitur filum laneum s. I 2, 24sq. „ergo dies aderat Parcarum conditus albo vellere", V 3, 7sq. „fugere meos Parnasia crines vellera", item Th. IV 216, 492, VII 476, VIII 294. Deinde lyra significatur voce ebur s. I 2, 2sq. „cui, Paean, nova plectra moves umeroque comanti facundum suspendis ebur?"; idem vocabulum ad caveam refertur s. II 4, 12 „conexusque ebori virgarum argenteus ordo". Terga autem leguntur pro loris Th. VI 505 „ruit ilicet exul Aonius (Polynices) nexusque diu per terga volutus exuit"[1]. Denique stamen significat telam aut vestem Th. VI 545 „nec siccum speres in stamine crinem" (cf. 541 „chlamys").

[1] Quam interpretationem proposuit et confirmavit Albertus Imhof, Statius Lied von Theben I (1885), pag. 137 adn. 2.

vero cecidisset Iuppiter auro": cf. Ov. am. III 12, 33 „Iuppiter aut in aves aut se transformat in aurum". Denique gemma idem valet atque anulus s. II 1, 134 „vivis digitos incendere gemmis": cf. Ov. met. IX 566 „protinus inpressa signat sua crimina gemma". Nunc restant pauca exempla quae ad animalia aliquo modo pertinent: cornu intellegitur rostrum s. II 4, 13 „argutumque tuo (psittace) stridentia limina cornu": cf. Ov. met. XIV 502 „oraque cornu indurata rigent"; idem vocabulum saepe occurrit pro arcu s. II 3, 27 „flexis cornibus", Th. III 588, IV 250, 325, VI 927, 931, IX 744, 866, 870: cf. Verg. Aen. VII 497 „curvo derexit spicula cornu" et Ov. met. I 455 „adducto flectentem cornua nervo". Dein ebur dicitur, ut mente concipias sellam curulem s. I 2, 180 „curule indulgebit ebur": cf. Hor. epist. I 6, 53sq. „eripietque curule cui volet inportunus ebur"; sed statua eburnea notatur s. I 3, 48sq. „labor est auri memorare figuras aut ebur", item III 3, 202, Th. VII 419, X 65: cf. Verg. georg. I 480 „maestum inlacrimat templis ebur". Pro tympanis legitur terga, i. e. pelles, ex quibus illa confecta sunt A. I 715 „Baccheaque terga", Th. V 730[1], VIII 221[2], A. I 829: cf. Ov. fast. IV 212sq. „aera deae comites raucaque terga movent. cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant". Denique lyra significatur voce testudo s. V 3, 93 „quibus Arcadia carmen testudine mensis cura lyrae nomenque fuit", Th. X 309, a qua locutione non alienum est quod reperitur s. I 5, 4 „muta ferae, volucer Tegeaee, sonorae terga premas": cf. Verg. georg. IV 464 „cava solans aegrum testudine amorem". Nunc sequuntur

4. exempla, quae post Augusti aetatem reperiuntur apud Senecam, Lucanum, Valerium Flaccum. Inter ea numeratur taxus quae pro corona exstat s. V 3, 8 „funestamque hederis inrepere taxum extimui" (cf. s. V 5, 29 „en taxea marcet silva comis"): cf. Sen. Oed. 555 „canam

[1] cf. vet. schol. ap. Barth.: terga tympana corio boum tenso constantia.
[2] cf. Lact. Plac. ad l.: Idaeaque terga Cretensia tympana.

taxus adstringit comam". Deinde quercus pro telo ponitur Th. VII 732 „da numen dextrae: rogat hoc natusque tuique quercus alumna vadi", XII 730[1]: cf. Val. Flacc. VI 243 „Campesus inpacta latus inter et ilia quercu tollitur". Murrae sunt vasa s. III 4, 58 „hic pocula magno prima duci murrasque graves crystallaque portat": cf. Lucan. IV 380 „non auro murraque bibunt". Eadem notio subiecta est voci crystalla in illo silvarum loco, quem modo commemoravimus; cuius vocis singularem numerum ita adhibet Lucanus X 159sq. „manibusque ministrat Niliacas crystallos aquas", pluralem Martialis, e. g. VIII 77, 5 „candida nigrescant vetulo crystalla Falerno". Extrema commemoratur vox chelys quae pro lyra saepissime exstat, plerumque autem in silvis; sed ne omnes locos enumerem, singulae formae indicantur: chelys legitur e. g. s. I 3, 99 „hic tua Tiburtes Faunos chelys (iuvat)", chelyn s. I 5, 11 „cunctantemque intende chelyn", chely s. IV 3, 119 „cedamus, chely, iam repone cantus": cf. Sen. Agam. 330sq. „resonetque manu pulsa citata vocale chelys". Quibus enumeratis non pauca restant

5. exempla, quae a Statio novata esse suspicor.

Arbor enim significat telum Th. XII 769 „ferrataque arbore magnos molitur iactus", qui locus memoriam affert illius Vergilii (Aen. XII 887) „telumque coruscat ingens arboreum". Ad eandem notionem accedit cupressus Th. VII 676 „librabat magna venturam mole cupressum", sed ipsam arborem intellegere praestat IV 177 „cuspide praefixa stat frondibus orba cupressus"[2]. Nec aliter usurpatur pinus Th. II 598 „Pelethroniam . . pinum Martis", VIII 538, 661. Ita vero abietem, cornum, alias arbores nominari supra demonstratum est (cf. pag. 56). — Cupressus denotat etiam coronam s. V 1, 136 „maestaque comam dam-

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: quercum pro hasta.

[2] cf. Lact. Plac. ad l.: stat frondibus orba cupressus horret hasta frondibus amputatis et ὑπερβολικῶς non hastam nominat, sed cupressum.

nare cupresso". Saepius poeta utitur voce trabs, et primum quidem, ut remos oculis proponat Th. V 422 „trabibus (Argus navis) de more revinctis", deinde clavam Th. I 621 „hi trabibus duris, solacia vana dolori, proterere exanimos artus", denique hastam Th. III 149 „pervia vulneribus media trabe pectora nexi", V 566, IX 124[1]. Porro taxus legitur pro face Furiarum Th. IV 485 „flagranti praevia taxo", VIII 9, XI 93. Ad mensas citreas spectat robur s. IV 2, 39 „Indisque innixa columnis robora Maurorum", ad lignum citreum s. III 3, 94 „Massylaque robora". Suggestus castrensis ex quo imperator milites cohortabatur voce caespes intellegitur s. V 2, 144 „hic suetus dare iura parens, hoc caespite turmas adfari"; eadem pro ara reperitur s. I 4, 130sq. „sed saepe deis hos inter honores caespes et exiguo placuerunt farra salino", Th. II 246.

Eadem ratione metalla pro rebus nominantur: ferrum idem valet atque anulus s. III 3, 144 „laevaque ignobile ferrum exuit", frenum Th. VI 397 „ora sonant morsu spumisque et sanguine ferrum uritur" (eadem notione Vergilius posuit aurum Aen. VII 279 „tecti auro fulvom mandunt sub dentibus aurum"), ligo s. III 1, 124 „saxa negantia ferro", veru Th. I 522 „inserto torrere . . . ferro viscera", thorax Th. II 567 „fractaque commixto sederunt pectora ferro", VII 311. Deinde frenum significatur etiam voce adamas Th. III 268 „spumantem proni mandunt adamanta iugales". Aes pro ariete ponitur, si recte coniecit Postgatius Th. X 527 „trabibusque atque aere sonoro pellunt saxa loco". Argentum intellegitur fistula s. I 5, 48 „argento felix propellitur unda" et labrum in versu qui sequitur „argentoque cadit". Variis modis aurum collocatur: uno in carmine pyxis cogitatione fingitur: s. III 4, 2 „ite (comae) coronato recubantes molliter auro", 11, 91 (cf. s. III praef. 25 „cum gemmata pyxide"), aliis locis corona denotatur aurea oleagina quae ludis Albanis donabatur, s. III 5, 29 „sanctoque inductum Caesaris auro", IV 2, 67; 5, 24; eandem Martialis item significat IV 1, 5 „hic

[1] cf. Th. IV 6 „trabalem hastam".

colat Albano Tritonida multus in auro"; deinde bullam animo concipimus s. V 3, 120 „nobile pectoris aurum": cf. Iuven. V 164 „Etruscum puero si contigit aurum", cassidem Th. III 709 „saevoque genas fulgebitis auro", clupeum s. II 7, 129 „simili notatus auro", III 3, 202, statuam s. V 1, 189 „da Capitolinis aeternum sedibus aurum". Marmor exstat pro monumento s. V 1, 230 „tantas venerabile marmor spirat opes": cf. Mart. VIII 3, 6 „altaque cum Licini marmora pulvis erunt"; alveus autem qui est in domo intellegitur s. I 2, 155 „perspicui vivunt in marmore fontes" (cf. I 5, 51 „niveo qui margine caerulus amnis vivit". Vox metalla succedit in locum columnarum e marmore factarum s. III 1, 5 „nitidos postes Graisque effulta metallis culmina". Saxum legitur pro statua s. III 3, 200 „te lucida saxa, te similem doctae referet mihi linea cerae", V 1, 233, Th. IX 636. Similiter Nioba in lapidem conversa denotatur voce silex s. V 3, 8 „Phrygium silicem".

Nonnullis denique exemplis nominatur materia quae a bestiis comparata est vel ipsa bestia, ut res ex illa confectas percipias: vestis purpurea designatur murice s. II 1, 133 sq. „nunc herbas imitante sinu, nunc dulce rubenti murice"; qua ratione ostrum ponitur Th. VII 571 „alterno maculas interligat ostro" (i. vittis purpureis). Vellus intellegitur filum laneum s. I 2, 24 sq. „ergo dies aderat Parcarum conditus albo vellere", V 3, 7 sq. „fugere meos Parnasia crines vellera", item Th. IV 216, 492, VII 476, VIII 294. Deinde lyra significatur voce ebur s. I 2, 2 sq. „cui, Paean, nova plectra moves umeroque comanti facundum suspendis ebur?"; idem vocabulum ad caveam refertur s. II 4, 12 „conexusque ebori virgarum argenteus ordo". Terga autem leguntur pro loris Th. VI 505 „ruit ilicet exul Aonius (Polynices) nexusque diu per terga volutus exuit"[1]. Denique stamen significat telam aut vestem Th. VI 545 „nec siccum speres in stamine crinem" (cf. 541 „chlamys").

---

[1] Quam interpretationem proposuit et confirmavit Albertus Imhof, Statius Lied von Theben I (1885), pag. 137 adn. 2.

Nunc, ut est propositum, reliqua enumerantur huius generis

exempla in quibus proprietas vel qualitas pro ipsis rebus vel hominibus indicatur.

1. Iam apud scriptores sermonis pedestris inveniuntur haec.

Arma significant certam speciem, aut ea quibus tegitur aut quae ad nocendum usui sunt: illa percipiuntur s.V 2, 131 „nubigenas clipeos intactaque caedibus arma" (i. ancilia per figuram quae dicitur *ἓν διὰ δυοῖν*), Th. II 525 „adnixi iaculis et humi posita arma tenentes", item IV 130, VI 204, 219, VII 255, 352: cf. Liv. I 11, 7 „accepti obrutam (Tarpeiam) armis necavere", Verg. Aen. II 409 „densis incurrimus armis": deinde altera notio exstat Th. I 630 „pestifera arma iacit" (Phoebus), praeterea III 15, IV 839, V 258, 444, IX 539, 738, X 540, A. II 131; cf. Liv. VII 31, 2 „arma deos prius quam homines violatura", Verg. Aen. XI 644 „tantus in arma patet". — Porro nominantur armenta pro equis Th. IV 242 „bellis armenta domant", 818, VIII 403: cf. Plinius, ubi de equis disserit nat. VIII 165 „amissa parente in grege armenti reliquae fetae educant orbum" et Verg. Aen. III 540 „bello armantur equi, bellum haec armenta minantur". Eadem significatione collocatur quadrupes s. IV 3, 4sq. „sub alta repit languida quadrupes statera", Th. IV 819, VII 109: cf. Cic. nat. deor. II 60, 151 „quadrupedum vectiones quorum celeritas atque vis nobis ipsis adfert vim et celeritatem", Enn. scen. 190 „duc et quadrupedem iugo", Verg. Aen. III 541 „curru succedere sueti quadrupedes". Duae voces pro hominibus in usu sunt, mortales dico et animantes: nempe illa reperitur Th. IV 777 „mortales utinam haut transgressa fuissem luctibus", VIII 622, IX 445, X 836, quibus exemplis vocem mortales cum vi quadam esse dictam inde apparet, quod dis homines opponantur; saepius autem, etiam hac ratione, vox homines usurpatur: cf. e. g. Th. III 297, VII 303, XII 664; item adhibetur adiectivum mortales s. V 1, 166, Th. I 215,

II 92, 320, III 253, 624, IV 146, 599, 754, VII 696, XI 22, 224, 470: cf. Cic. nat. deor. III 36, 88 „indicium hoc omnium mortalium est, fortunam . . . petendam", Plaut. Cas. 348 „omnes mortales dis sunt freti", Verg. Aen. V 64 „si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit"; animantes autem exstat s. III 2, 61 „quis rude et abscissum miseris animantibus aequor fecit iter", Th. I 500, III 552, XI 465, XII 503, A. I 117: cf. Cic. Tim. 9, 31 „ut . . . animantesque, quibus ius esset doceri, . . . cognoscerent", Hor. sat. II 1, 39sq. „sed hic stilus haut petet ultro quemquam animantem". Dei vero significantur vocabulis caeles et caelestis: illud invenitur Th. XI 131sq. „stat parcere mundo caelitibusque meis": cf. Cic. rep. VI 9 „grates, inquit, tibi ago, summe Sol, vobisque, reliqui Caelites", Enn. scen. 196 „o magna templa caelitum commixta stellis splendidis", Ov. met. V 322 „(Typhoea) caelitibus fecisse metum"; saepius autem caelestis adhibetur: et substantivum quidem s. I 2, 209 „caelestum in munere claro", V 1, 185, adiectivum s. III 4, 53 „caelestis . . . ducis" (i. imperatoris), Th. IV 776, V 59, IX 729, 738: cf. Cic. leg. I 8, 24 „agnatio nobis cum caelestibus" et Tusc. I 26, 64 „sine caelesti aliquo mentis instinctu", Enn. var. 23 „plagas caelestum ascendere", Verg. Aen. I 387 „invisus caelestibus", 11 „tantaene animis caelestibus irae?" — Denique pro notione filius exstat progenies A. I 1sq. „formidatamque Tonanti progeniem", item 402, II 87, Th. II 283, VII 165: cf. Cic. Cael. 14, 34 „ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia", Verg. Aen. I 250 „nos (Venus), tua (i. Iovis) progenies".

Sequitur, ut cetera exempla enumerentur, quae in poetarum tantum usu erant. Quorum pauca

2. iam ante aetatem Augusti adhibita sunt.

Sorores enim sunt Parcae s. I 4, 123 „nectite nunc laetae candentia fila, sorores", item II 3, 75, III 3, 21, IV 3, 146, V 1, 156, 262; 3, 64, A. I 519, Th. I 632, III 205, 241, VI 376, VIII 59, 381, IX 323; quae dicendi ratio inde a Catullo usurpatur: cf. LXIV 325 „accipe quod laeta tibi pandunt luce

sorores" et Hor. carm. II 3, 15 sq. „sororum fila trium ... atra". Caelicolae intelleguntur dei s. V 1, 22 sq. „iniustos rabidis pulsare querelis caelicolas", A. I 485, Th. I 204, 553, III 235, V 427, X 918, XI 123, XII 500: cf. Enn. ann. 491 „optima caelicolum, Saturnia, magna dearum", Verg. Aen. II 591 sq. „confessa deam qualisque videri caelicolis". Sed plura

3. temporibus Augusti primum inveniuntur.

Ita enim arma referuntur ad res navales Th. II 106 sq. „magister immemor armorum versantisque aequora clavi", similiter VI, 21, VII 88, VIII 213, X 185: cf. Verg. Aen. V 15 „colligere arma iubet validisque incumbere remis". Eadem voce caestus denotatur Th. VI 751 sq. „tuto procul ora recessu armorum in speculis" et 780: cf. Verg. Aen. V 410 „caestus ipsius et Herculis arma". Deinde saxum pro marmore positum est s. I 2, 148 „hic dura Laconum saxa virent"; 5, 12, II 2, 86, 92, IV 2, 28, Th. VII 370 „saxosa Caryste": cf. Verg. Aen. III 84 „templa dei saxo venerabar structa vetusto". Porro metallum exstat pro aere s. I 1, 42 „cui se totis Temese dedit hausta metallis": cf. Verg. georg. II 165 „argenti rivos aerisque metalla ostendit venis"; idem vocabulum pro auro collocatur s. I 2, 153 „robora Dalmatico lucent satiata metallo", Th. I 144, XI 398[1]: cf. Verg. Aen. VI 143 sq. „primo avolso non deficit alter aureus (fetus) et simili frondescit virga metallo". Nunc ad animalia animum advertamus. Pecus denotat capellam s. III 2, 76 sq. „tunc nubila Plias Oleniumque pecus, solito tunc peior Orion"; significatur enim Amalthea, quae aliis locis ita appellatur s. I 3, 96 „Oleniis . . sub astris", Th. III 25 „Olenii astri", VI 423 „Oleniis . . cornibus": cf. Ov. her. XVII 188 „Plias et Arctophylax Oleniumque pecus". Mas idem valet atque taurus Th. XI 222 sq. „accipe nunc pecudes et magni turis acervos votivomque marem": cf. Ov. met. IX 736 sq. „taurum dilexit filia Solis, femina nempe marem". Saepius iugalis succedit in locum vocis equus: s. IV 3, 104 „ipsos iuvat

[1] cf. vet. schol. ap. Barth.: fulva metallo totus clypeus auro inductus.

impetus iugales", item A. I 58, 633, Th. III 268, 413, IV 678, VI 330, 391, 481, VII 72, 743, 790, 819, IX 7: cf. Verg. Aen. VII 280 „currum geminosque iugales". Deinde magister intellegitur gubernator s. V 3, 127 „gravis ⟨heu!⟩ qua puppe magister (Palinurus) excidit", Th. II 106, IX 142: cf. Verg. Aen. VI 353 „spoliata armis, excussa magistro . . navis". Filius significatur vocabulis suboles et proles, illud autem legitur A. I 780 „saltem si suboles, aptum quam mittere bello": cf. Prop. IV [V] 1, 77 „me creat Archytae suboles Babylonius Orops Horon et a proavo ducta Conone domus"; crebrius adhibetur proles: s. I 1, 23 „adsertae munere prolis" (i. Octavii), similiter 74; 4, 61, II 1, 189, A. II 75, Th. I 293, III 697, IV 554, 749, V 436, 717, VI 49, VII 74, IX 618, XII 378: cf. Verg. Aen. XII 830 „es germana Iovis Saturnique altera proles". Deinde sorores nominantur Musae et Furiae: illae s. I 2, 10 „medias fallit permixta (Elegea) sorores", Th. VI 365, VII 628, VIII 553, IX 317: cf. Prop. II 30 [III 28], 27 „illic aspicies scopulis haerere sorores et canere", Furiae autem denotantur s. II 1, 185 „nulla soror flammis, nulla adsurgentibus hydris terrebit", Th. V 65, 201[1], VIII 68, X 833, XI 415, XII 647: cf. Ov. met. VI 662 „vipereasque ciet Stygia de valle sorores". Denique pro dis legitur superi; reperiuntur autem numeri pluralis hae formae: superi s. I 1, 95, superum s. III 3, 184, superis s. III 1, 33 superos s. III 1, 79 et omnibus quidem in Stati carminibus, sed omnes locos proferre longum est: cf. Verg. Aen. X 34 „(responsa) quae superi manesque dabant".

Nunc pauca restant exempla quae nondum commemorata sunt et quae, cum apud prioris aetatis scriptores non invenerim,

---

[1] Imhofius l. l. Barthium secutus prima vocis notione servata tres status accipit: nuptas, virgines, sorores, ubi rectam dividendi rationem desidero; v. 226, ad quem Imhofius delegavit, id non confirmatur. Immo Furiae sunt intellegendae cl. v. 156 et 302, ubi illae urbem intrare et caede facta ex urbe decedere dicuntur. Quod v. 202 nominatur „Erinys", poeta verbis ludit ut e. g. V 691 sq.

5. ipsa Stati aetate in poetarum usum venisse opinor.

Inter ea numeratur metallum quae vox marmor significat: s. IV 3, 99 „totis Ligurum nitens (arcus) metallis"; 4, 23 „metalliferae . . . Lunae", praeterea spectat ad marmor s. I 5, 36 „sola nitet flavis Nomadum decisa metallis purpura" (i. marmor Numidicum) et II 2, 85; accedit exemplum iam supra prolatum, quo columnae marmoreae denotantur s. III 1, 5 „Graisque effulta metallis culmina": cf. Sil. VIII 480 „quos a niveis exegit Luna metallis". Porro taurus intellegitur, ubi exstat pecus Th. III 478 „Niliacumque pecus" (i. Apis). Eidem voci subiecta est notio equus Th. I 275 „Geticoque pecus stabulare sub Haemo dignius", IV 740, VI 348, VII 66. Denique magister navis designatur voce arbiter Th. III 23 „Calabrae datus arbiter alno"[1].

Quoniam adhuc de ea synecdochae forma verba fecimus, qua genus pro specie positum est, sequitur ut quartae formae exempla proferantur, in quibus nominatur

Species pro genere.

Qua in parte non eam rationem inibimus, ut distinguamus exempla in quibus forma vel proprietas vel materia intellegitur, sed ut in prioribus partibus, ita in hac quoque primo loco proferentur omnia huius formae

1. exempla quae apud pedestris sermonis scriptores inveniuntur.

Huc autem complura sunt referenda: etenim ora generaliter pro regione nominatur s. V 1, 193 „Elysias . . . in oras" (cf. Th. III 109 „Elysias . . . plagas", s. III 3, 23 „Elysiae . . . domus", IV 6, 15 „Elysiis . . . sedibus"), Th. III 1, XI 410: cf. Cic. nat. deor. II 66, 164 „omnibus hominibus, qui ubique sunt, quacumque in ora ac parte terrarum" et Verg. Aen. III 97

[1] cf. Lact. Plac. ad l.: arbiter alno species pro genere quilibet arbiter est magister id est gubernator.

„hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris"; hanc ad notionem accedit arva s. I 4, 104 „odoriferis Arabum ... in arvis" et passim in silvis et in epicis carminibus: cf. Plin. nat. II 240 „subiectis Ariciae arvis" et Verg. Aen. III 550 „Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva". Quibus locutionibus adiungamus Tempe quae pro valle amoena collocantur s. V 3, 209 „vocales lucos Boeotaque tempe", Th. I 485, VI 88, X 119: cf. Cic. ad Att. IV 15, 5 „Reatini me ad sua *Τέμπη* duxerunt" et Verg. georg. II 469 „speluncae vivique lacus et frigida tempe". Crebrius limes dicitur pro via s. II 1, 76 „Flaminio ... limite", item 2, 11, IV 3, 85, 109, V 1, 186, Th. I 25, 136, 332, II 61, III 502, IV 2, 690, 783, V 286, 736, VI 629, VII 595, 747, VIII 84, 326, IX 364, X 297, 611: cf. Cic. rep. VI 26 „siquidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet" et Verg. Aen. IX 323 „lato te limite ducam". Deinde hiems pro tempestate usurpatur s. I 3, 95 „per et Aegaeas hiemes Hyadumque nivosum sidus", similiter 4, 121; 6, 23, III 2, 44, V 2, 5, A. I 54, 444, 489, Th. I 348, 370, II 144, III 26, 48, 435, 584, IV 706, VI 20, VII 88, 721, IX 308, XI 522, XII 653: cf. Nep. Att. X 6 „gubernator ... qui navem ex hieme marique scopuloso servat" et Verg. Aen. III 195 „imber noctem hiememque ferens". Unda ponitur pro ipsa aqua s. I 2, 6 „de Pieriis vocalem fontibus undam", item 259; 5, 24, 48, 52, 62, II 7, 26, III 1, 63; 2, 17, 109; 3, 101, V 5, 2, Th. I 279, 575, III 455, IV 700, 719, 723, 781, 823, 838, V 637, VI 280, 543, VII 319, 342, 812, VIII 51, 748, IX 238, 320, 338, 341, 363, 379, 395, 428, 431, 439, 493, 531, 573, XII 629, A. I 103, 411: cf. Cic. Acad. post. fragm. 7 „quid? mare nonne caeruleum? at eius unda cum est pulsa remis, purpurascit" et Verg. Aen. VI 229 „socios pura circumtulit unda spargens rore levi". Porro navis significatur voce ratis s. I 3, 97 „si Maleae credenda ratis", II 2, 141, III 2, 19, 50, 54, 73, 78, IV 4, 99, V 2, 6, Th. V 133, 359, 363, 382, 416, 469, 479, VI 483, VII 792, VIII 267, X 185, XI 520, XII 626, 809, A. I 96, 447, 452, 684, 752, 928, II 11, 18: cf. Cic. Tusc. I 73 „tamquam in rate in mari inmenso nostra vehitur ratio", Enn. ann. 385

„spumat sale conferta rate pulsum", Verg. Aen. I 43 „disiecitque rates". Stamen adhibetur pro filo s. III 3, 124sq. „si cernere... tibi iusta dedissent stamina", V 3, 65, Th. V 275, VII 775, VIII 13, IX 254: cf. Plin. nat. XIX 11 „singula earum (i. plagarum) stamina centeno quinquageno filo constabant" et Ov. met. IV 34 „aut ducunt lanas aut stamina pollice versant". Cera ponitur pro coloribus qui a pictoribus usurpantur neque ea de encaustica tantum pictura[1] s. I 1, 100 „Apelleae cuperent te scribere cerae", III 1, 95; 3, 201, IV 6, 21 (artificia), V 1, 1 (cl. II 2, 64 „Apellei ... colores", V 1, 5): cf. Sen. epist. 121, 6 „pictor colores, quos ad reddendam similitudinem multos variosque ante se posuit, celerrime denotat, et inter ceram opusque facili vultu ac manu commeat". Porro domus magnifica percipitur, ubi exstant praetoria s. I 3, 25 alternas servant praetoria ripas", II 2, 49, 82: cf. Claudii imperatoris de civitate Anaunorum edictum CIL V 5050 „Bais in praetorio edictum"[2]. Deinde lustrum denotat temporis spatium finibus quibusdam circumscriptum et fere idem est quod ambitus vel circuitus vel periodus s. II 6, 70 „Eleis ... lustris" et III 1, 45: cf. Plin. nat. II 122 „conpetit ferme et hoc omnibus . . . anticipantibus rursusque lustro sequenti ordinem servantibus"[3] et Verg. Aen. I 283 „veniet lustris labentibus aetas". Sequitur, ut duo proferantur vocabula, quae inveniuntur pro excercitus partibus, alam dico et cohortem, quae sane, ubi de rebus Romanis agitur, ad certas exercitus partes referuntur et, quamquam translate[4] adhibentur de rebus temporis heroici, tamen ad

[1] cf. praeter commentarios Barth, adversar. XXXVII 9, et H. Cros et Ch. Henry, l'encaustique et les autres procédés de peinture, Paris 1884, pag. 5.

[2] cf. Mommsen, Hermae vol. IV (1870), pag. 105, adnot. 6, et W. A. Becker, Gallus oder römische Szenen aus der Zeit Augusts (ed. H. Göll 1882), III, pag. 59.

[3] cf. quae de vocis „lustrum" notione exhibet O. Lenze, Zur Geschichte der römischen Census, Halle 1912, pag. 81 sqq.

[4] cf. J. Miedel, de anachronismo qui est in P. Papinii Statii Thebaide et Achilleide, progr. Passau 1892, pag. 25 sqq.

hanc synecdochae formam pertinere mihi videntur, cum eaedem exercitus partes et his significatae sint et aliis verbis, quae infra sunt commemoranda. Ala reperitur Th. V 691 „volucres equitum praeverterat alas",VII 425, VIII 351, IX 841, X 466, 473: cf. Liv. XXI 29, 2 „alae equitum (Hannibalis) . . . Romani equites occurrunt" et Lucan. I 476 „barbaricas saevi discurrere Caesaris alas[1]. Persaepe cohors legitur Th. IV 75 „cui commodat iras cuncta cohors", V 21, 672, VI 23, 263, 595, VII 100, 145, 389, 501, 527, VIII 260, 364, IX 191, 372, 527, 650, 672, X 8, 114, 269, 475, 785, XI 136, 292, 331, 498, XII 56, 182, 643, 685, 807, A. I 482: cf. Liv. XXI 14, 2 „cohors Poenorum" et Verg. Aen. III 563 „laevam cuncta cohors remis ventisque petivit". Nunc ad alia transeamus. Cerasta universim pro serpente dicitur Th. I 103 „centum illi stantes umbrabant ora cerastae" (cl. 113 „haec vivo manus aera verberat hydro"), IV 55, VIII 763, IX 174, XI 65: cf. Plin. nat. XX 25 „idem et contra venena prosunt, cerastis et scorpionibus adversantur" et Lucan. IX 851 „peragunt civilia bella cerastae". Deinde certi viri nominantur pro hominibus eiusdem moris animique velut Camillus et Decius s. V 2, 53 „aliis Decii reducesque Camilli monstrentur — tu disce patrem": cf. Cic. Cael. 39 „ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fabricios, Curios" et Verg. georg. II 169 „Decios Marios magnosque Camillos", Sen. controv. IX 2, 9 „exsurgite, nunc Bruti, Horatii, Decii et cetera imperii decora". Item Cato legitur s. II 7, 115 „Pompei comitantur et Catones": cf. Cic. Att. XVI 1, 6 „Quintus filius mihi pollicetur se Catonem" (sc. fore) et Petron. sat. 132, 15 v. 1 „quid me constricta spectatis fronde, Catones". Complura verba in usu sunt, ut maiores cogitatione comprehendas: ita reperitur avus s. IV 6, 94 „par magnis Vestinus avis", Th. II 215, 573, III 349, 560, 601, V 670, VI 67, 94, VII 387, 409, 433, XI 352: cf. Liv. XXII 60, 11 „avorum memoria" et Verg. Aen. VI 840 „ultus avos Troiae templa et temerata Minervae". Item

---

[1] cf. A. Gregorius, de M. Annaei Lucani Pharsaliae tropis, pars prior, diss. Tubing. 1893, pag. 56.

que nobilis s. I 4, 97 „patricio in ostro“: cf. Pers. I 61 „vos o patricius sanguis, quos vivere fas est . .“[1]

Nunc enumeranda sunt

5. exempla quae ante Statium nondum inveniuntur.

Inter ea sunt iugera quae significant campos vel terram vel spatium: atque prima notio accipitur Th. I 152 „squalentia iugera Dirces“, IX 83, s. IV 3, 12, altera s. I 3, 84 „Laurentia iugera Turni“, V 3, 37, 163, Th. VI 917, tertia s. V 2, 21 „Romulei . . per iugera circi“[2], Th. V 550, VI 679. Deinde quercus ponitur pro robore quod translatione vires denotat Th. II 326sq. „cum profugo placuere tori cervixque recepto sanguine magna redit fractaeque in pectora quercus, bella cupit“. Monilia intelleguntur margaritae ex quibus illa confecta sunt s. I 2, 128 „huic Inda monilia Glaucum Proteaque atque omnem Nereida quaerere iussi“. Gymnas de quovis certamine dicitur s. II 2, 8 „ad Ambracias conversa gymnade frondes“, III 1, 44, IV 2, 48, Th. IV 106, A. I 358. Porro mulieres significantur vocabulo nuptae Th. III 114 „at nuptae exanimes puerique aegrique parentes“, IV 16, V 190, VII 171. Deinde abnepos generaliter pro posteris ponitur s. IV 3, 147 „natis longior abnepotibusque annos perpetua geres iuventa“. Pompeius autem nominatur eadem ratione qua Catonem aliosque viros egregios nominari vidimus, s. II 7, 115 „Pompei comitantur et Catones“. Denique Sarmaticus ad saevitiam barbarorum refertur Th. III 227 „hunc (i. Martem) ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores Iuppiter . . . videt“ (cl. 220 sq. „ille (i. Mars) furentes Bistonas et Geticas populatus caedibus urbes“). Similiter ipsi Sauromatae nominantur, ut saevissimos barbaros concipias, eiusdem libri v. 352sq. „melius legatus adissem Sauromatas rabidos“.

[1] cf. Friedlaender ad Iuv. I 24.

[2] Quae locutio cum non nisi apud Statium inveniatur, a Marklando (Stat. silv. rec.[2] 1827) reiecta, a Grossio (l. l. pag. 33) defensa est.

Quoniam enumerata sunt omnia synecdochae exempla, restat, ut summam faciamus atque explicemus, quid de synecdochae apud Statium usu computari ac cognosci possit, quot et qualia sint exempla, qua ratione singulae synecdochae species adhibeantur, quid intersit inter silvas et epica carmina. Omnino numerantur exempla 486, e quibus plurima, 219, ad primam speciem referuntur, in qua pars pro toto ponitur, 179 ad tertiam (cuius in parte secunda comprehenduntur 107, prima 43, tertia 29), 64 ad quartam, 24 ad secundam; prima igitur magis adamata est, quod certe potius tropi natura efficitur quam singulari Stati indole et consuetudine. In silvis pro versuum numero totidem fere leguntur atque in epicis, 196 in his, 121 in illis, sed 169 in utroque carminum genere inveniuntur. Neque tamen in utroque idem est habitus orationis, cum alia sit ratio, si exempla quae iam antea usurpata sunt distinguuntur a novatis.

Longe plurima, 385, iam ante Statium in usu erant atque de his 190 ad primam, 136 ad tertiam (cuius in parte secunda continentur 69, prima 32, tertia 25), 54 ad quartam, 15 ad secundam speciem pertinent, unde concluditur primam et tertiam iam apud priores scriptores potissimum dilecta esse. In soluta oratione iam reperiuntur 99 exempla i. e., si totus numerus respicitur, 20 pro centum, sed cetera, 286 i. e. 58 $^0/_0$, in poesi usurpata erant atque 217 i. e. 44 $^0/_0$ apud poetas aetatis Augusti, 40 i. e. 8 $^0/_0$ apud priores, 29 i. e. 6 $^0/_0$ apud posteriores. Quibus ex numeris apparet non pauca, quae scilicet in pedestri sermone iam inveniuntur, ad communem scriptorum usum referenda esse, sed fere omnia non a Statio primo in carminibus adhibita esse exemplis additis demonstratum est. Deinde plura in artificiosa et audaci poetarum oratione inveniuntur et nonnulla iam apud priscos poetas in usu erant, inter quos numeravimus Ennium, Lucretium, Catullum aliosque; sed monendum est Statium non dici eos imitatum esse neque, etiamsi Alfredus Klotz[1] ex

[1] Klassizismus und Archaismus. Stilistisches zu Statius in Arch. f. lat. Lex. vol. XV (1908), pag. 401 sqq.; cf. etiam supra pag. 20 adn. 1.

nonnullis proprietatibus Statium cum consilio ad illos respexisse conclusit, qua de sententia etiam dubitatio exstitit[1], ex hac comparatione quicquam efficitur ad hanc quaestionem diiudicandam, quoniam easdem locutiones etiam apud Vergilium eiusque aequales exstare ideoque ab his recipi potuisse e locis collatis cognoscitur, praesertim cum omnino plurimae temporibus Augusti in usu versari coepisse videantur. Aetatis proximae poetae praecipue Vergilium aliosque eiusdem aetatis poetas secuti sunt ideoque sermonem non ita auxerunt; itaque pauca exempla ad eos referuntur. Inter silvas et epica carmina, ut iam leviter significavimus, non nihil interest, nam haec magis quam illae ad priorum scriptorum usum loquendi spectare videntur. Semper fere plus quam duplex numerus exemplorum in epicis legitur: ad prosam referuntur e silvis 15, ex epicis 37 (ex utroque genere 47), ad priscos poetas 3 + 12 + 25, ad Augusti aetatem 43 + 94 + 80, universim numerantur 61 + 143 + 152. Nec alienum est ab illa sententia, quod contraria ratione ad posteriorem aetatem pertinent e silvis 15, ex epicis 7, ex utroque genere 7.

Quae restant exempla ea aut a Statio ipso aut eius aetate novata et in sermonem poetarum inducta sunt. Numerantur 101 i. e. 20⁰/₀ atque in tertia synecdochae specie 53 (secunda pars continet 38, prima 11, tertia 4), prima 29, quarta 10, secunda 9. Tertia igitur, quam supra secundum locum obtinere cognovimus, hic omnes antecedit, prima vero, quae omnino plurima exempla continet, hic illam sequitur, unde efficitur Stati aetate tertiam magis adamatam et excultam esse[2]. Quae sententia, si respiciuntur omnia cuiusque speciei exempla, confirmatur, nisi quod in secunda est alia ratio, nam in hac novantur pro centum 37, in tertia 29, quarta 15, prima 13; in tertiae parte prima novantur 25, secunda 36, tertia 13, unde secundam in qua materia pro re ex ea confecta ponitur non solum antea sed

---

[1] vid. Tolkiehn in Bursian. ann. vol. 158 (1912), pag. 59.

[2] Haec sententia congruit cum eis quae exposuit Volkmann, Die Rhetorik der Griechen und Römer, pag. 422.

maxime Stati aetate excultam esse concluditur. — In silvis leguntur 45, in Thebaide (nam in Achilleide tantummodo ea exstant exempla quae iam in Thebaide usurpata sunt) 46, sed 10 in utroque carminum genere inveniuntur, quorum 3 cum in IV demum et V silvarum libro reperiantur Thebaidi possunt attribui. In silvis igitur novantur 45, in Thebaide 49. Quibus numeris comparatis plura exempla pro versuum numero in silvis exstare quam in Thebaide non negaveris. Haec autem sententia convenit cum ea quam supra consecuti sumus, nam Thebaida multo magis quam silvas ad priorem poesin, praecipue ad Augusti aetatis poetas referri vidimus, nec aliena est a communi silvarum natura quae maxime ad rhetorum praecepta revocatae sunt, nec a Schambergeri sententia, qui vocabula novata plura in silvis quam in epicis inesse cognovit. Singulae silvae diversae sunt et metris et natura ac qualitate, sed cum illa nullam vim afferre videantur ad tropum adhibendum, haec videtur magni momenti esse; etenim plurima exempla reperiuntur in eis silvis quae ad rhetorum praecepta proxime accedunt: inter descriptiones vel ἐκφράσεις numerantur s. I 1, 3, 5, 6, II 2, IV 2, 3, 6, inter epicedia II 1, 4, 5, 6, III 3, V 1, 3, 5 in illis novantur $2+5+3+1+1+5+2=51$, in his $2+1+1+1+2+2+2=11$, itaque his in XVI carminibus omnino leguntur nova exempla 32, in reliquis XVI tantummodo 17 inveniuntur.

Statium ipsum pleraque finxisse verisimile est ideo quod pauca tantum, 13, apud aequales quoque, Martialem et Silium Italicum, reperiuntur, cum quibus ceterum nihil ei erat commune. Ex eis plurima ad primam speciem pertinent: ita palmes ponitur pro vitis, Laurens pro Romanus, Marathonius pro Atticus, Elysius pro inferus, tecta pro basilica, crista pro cassis, laurus pro epistula, equus pro statua equestris, deinde in secunda Isthmiacus pro Corinthius, tigris pro pellis tigridis, in tertia umbo pro cubitus, aurum pro corona aurea oleagina, marmor pro monumentum. — Novata exempla plerumque sunt ea in quibus nova vis vocabulo antea pro-

que nobilis s. I 4, 97 „patricio in ostro": cf. Pers. I 61 „vos o patricius sanguis, quos vivere fas est . ."[1]

Nunc enumeranda sunt

5. exempla quae ante Statium nondum inveniuntur.

Inter ea sunt iugera quae significant campos vel terram vel spatium: atque prima notio accipitur Th. I 152 „squalentia iugera Dirces", IX 83, s. IV 3, 12, altera s. I 3, 84 „Laurentia iugera Turni", V 3, 37, 163, Th. VI 917, tertia s. V 2, 21 „Romulei . . per iugera circi"[2], Th. V 550, VI 679. Deinde quercus ponitur pro robore quod translatione vires denotat Th. II 326sq. „cum profugo placuere tori cervixque recepto sanguine magna redit fractaeque in pectora quercus, bella cupit". Monilia intelleguntur margaritae ex quibus illa confecta sunt s. I 2, 128 „huic Inda monilia Glaucum Proteaque atque omnem Nereida quaerere iussi". Gymnas de quovis certamine dicitur s. II 2, 8 „ad Ambracias conversa gymnade frondes", III 1, 44, IV 2, 48, Th. IV 106, A. I 358. Porro mulieres significantur vocabulo nuptae Th. III 114 „at nuptae exanimes puerique aegrique parentes", IV 16, V 190, VII 171. Deinde abnepos generaliter pro posteris ponitur s. IV 3, 147 „natis longior abnepotibusque annos perpetua geres iuventa". Pompeius autem nominatur eadem ratione qua Catonem aliosque viros egregios nominari vidimus, s. II 7, 115 „Pompei comitantur et Catones". Denique Sarmaticus ad saevitiam barbarorum refertur Th. III 227 „hunc (i. Martem) ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores Iuppiter . . . videt" (cl. 220 sq. „ille (i. Mars) furentes Bistonas et Geticas populatus caedibus urbes"). Similiter ipsi Sauromatae nominantur, ut saevissimos barbaros concipias, eiusdem libri v. 352 sq. „melius legatus adissem Sauromatas rabidos".

---

[1] cf. Friedlaender ad Iuv. I 24.

[2] Quae locutio cum non nisi apud Statium inveniatur, a Marklando (Stat. silv. rec.[2] 1827) reiecta, a Grossio (l. l. pag. 33) defensa est.

Quoniam enumerata sunt omnia synecdochae exempla, restat, ut summam faciamus atque explicemus, quid de synecdochae apud Statium usu computari ac cognosci possit, quot et qualia sint exempla, qua ratione singulae synecdochae species adhibeantur, quid intersit inter silvas et epica carmina. Omnino numerantur exempla 486, e quibus plurima, 219, ad primam speciem referuntur, in qua pars pro toto ponitur, 179 ad tertiam (cuius in parte secunda comprehenduntur 107, prima 43, tertia 29), 64 ad quartam, 24 ad secundam; prima igitur magis adamata est, quod certe potius tropi natura efficitur quam singulari Stati indole et consuetudine. In silvis pro versuum numero totidem fere leguntur atque in epicis, 196 in his, 121 in illis, sed 169 in utroque carminum genere inveniuntur. Neque tamen in utroque idem est habitus orationis, cum alia sit ratio, si exempla quae iam antea usurpata sunt distinguuntur a novatis.

Longe plurima, 385, iam ante Statium in usu erant atque de his 190 ad primam, 136 ad tertiam (cuius in parte secunda continentur 69, prima 32, tertia 25), 54 ad quartam, 15 ad secundam speciem pertinent, unde concluditur primam et tertiam iam apud priores scriptores potissimum dilecta esse. In soluta oratione iam reperiuntur 99 exempla i. e., si totus numerus respicitur, 20 pro centum, sed cetera, 286 i. e. 58 %, in poesi usurpata erant atque 217 i. e. 44 % apud poetas aetatis Augusti, 40 i. e. 8 % apud priores, 29 i. e. 6 % apud posteriores. Quibus ex numeris apparet non pauca, quae scilicet in pedestri sermone iam inveniuntur, ad communem scriptorum usum referenda esse, sed fere omnia non a Statio primo in carminibus adhibita esse exemplis additis demonstratum est. Deinde plura in artificiosa et audaci poetarum oratione inveniuntur et nonnulla iam apud priscos poetas in usu erant, inter quos numeravimus Ennium, Lucretium, Catullum aliosque; sed monendum est Statium non dici eos imitatum esse neque, etiamsi Alfredus Klotz[1] ex

[1] Klassizismus und Archaismus. Stilistisches zu Statius in Arch. f. lat. Lex. vol. XV (1908), pag. 401 sqq.; cf. etiam supra pag. 20 adn. 1.

nonnullis proprietatibus Statium cum consilio ad illos respexisse conclusit, qua de sententia etiam dubitatio exstitit[1], ex hac comparatione quicquam efficitur ad hanc quaestionem diiudicandam, quoniam easdem locutiones etiam apud Vergilium eiusque aequales exstare ideoque ab his recipi potuisse e locis collatis cognoscitur, praesertim cum omnino plurimae temporibus Augusti in usu versari coepisse videantur. Aetatis proximae poetae praecipue Vergilium aliosque eiusdem aetatis poetas secuti sunt ideoque sermonem non ita auxerunt; itaque pauca exempla ad eos referuntur. Inter silvas et epica carmina, ut iam leviter significavimus, non nihil interest, nam haec magis quam illae ad priorum scriptorum usum loquendi spectare videntur. Semper fere plus quam duplex numerus exemplorum in epicis legitur: ad prosam referuntur e silvis 15, ex epicis 37 (ex utroque genere 47), ad priscos poetas 3 + 12 + 25, ad Augusti aetatem 43 + 94 + 80, universim numerantur 61 + 143 + 152. Nec alienum est ab illa sententia, quod contraria ratione ad posteriorem aetatem pertinent e silvis 15, ex epicis 7, ex utroque genere 7.

Quae restant exempla ea aut a Statio ipso aut eius aetate novata et in sermonem poetarum inducta sunt. Numerantur 101 i. e. 20% atque in tertia synecdochae specie 53 (secunda pars continet 38, prima 11, tertia 4), prima 29, quarta 10, secunda 9. Tertia igitur, quam supra secundum locum obtinere cognovimus, hic omnes antecedit, prima vero, quae omnino plurima exempla continet, hic illam sequitur, unde efficitur Stati aetate tertiam magis adamatam et excultam esse[2]. Quae sententia, si respiciuntur omnia cuiusque speciei exempla, confirmatur, nisi quod in secunda est alia ratio, nam in hac novantur pro centum 37, in tertia 29, quarta 15, prima 13; in tertiae parte prima novantur 25, secunda 36, tertia 13, unde secundam in qua materia pro re ex ea confecta ponitur non solum antea sed

[1] vid. Tolkiehn in Bursian. ann. vol. 158 (1912), pag. 59.

[2] Haec sententia congruit cum eis quae exposuit Volkmann, Die Rhetorik der Griechen und Römer, pag. 422.

maxime Stati aetate excultam esse concluditur. — In silvis leguntur 45, in Thebaide (nam in Achilleide tantummodo ea exstant exempla quae iam in Thebaide usurpata sunt) 46, sed 10 in utroque carminum genere inveniuntur, quorum 3 cum in IV demum et V silvarum libro reperiantur Thebaidi possunt attribui. In silvis igitur novantur 45, in Thebaide 49. Quibus numeris comparatis plura exempla pro versuum numero in silvis exstare quam in Thebaide non negaveris. Haec autem sententia convenit cum ea quam supra consecuti sumus, nam Thebaida multo magis quam silvas ad priorem poesin, praecipue ad Augusti aetatis poetas referri vidimus, nec aliena est a communi silvarum natura quae maxime ad rhetorum praecepta revocatae sunt, nec a Schambergeri sententia, qui vocabula novata plura in silvis quam in epicis inesse cognovit. Singulae silvae diversae sunt et metris et natura ac qualitate, sed cum illa nullam vim afferre videantur ad tropum adhibendum, haec videtur magni momenti esse; etenim plurima exempla reperiuntur in eis silvis quae ad rhetorum praecepta proxime accedunt: inter descriptiones vel ἐκφράσεις numerantur s. I 1, 3, 5, 6, II 2, IV 2, 3, 6, inter epicedia II 1, 4, 5, 6, III 3, V 1, 3, 5 in illis novantur $2 + 5 + 3 + 1 + 1 + 5 + 2 = 51$, in his $2 + 1 + 1 + 1 + 2 + 2 + 2 = 11$, itaque his in XVI carminibus omnino leguntur nova exempla 32, in reliquis XVI tantummodo 17 inveniuntur.

Statium ipsum pleraque finxisse verisimile est ideo quod pauca tantum, 13, apud aequales quoque, Martialem et Silium Italicum, reperiuntur, cum quibus ceterum nihil ei erat commune. Ex eis plurima ad primam speciem pertinent: ita palmes ponitur pro vitis, Laurens pro Romanus, Marathonius pro Atticus, Elysius pro inferus, tecta pro basilica, crista pro cassis, laurus pro epistula, equus pro statua equestris, deinde in secunda Isthmiacus pro Corinthius, tigris pro pellis tigridis, in tertia umbo pro cubitus, aurum pro corona aurea oleagina, marmor pro monumentum. — Novata exempla plerumque sunt ea in quibus nova vis vocabulo antea pro-

pria notione usurpato subiciatur. Sed in paucis etiam vocabulum ipsum novatum effictumque est atque ea ratione adhibetur, ut synecdocha statuatur; ita dicitur in prima specie Inachus pro Graecus, Tegeaticus pro Arcadius, Tegeatis pro Arcadia, Mycalesius et Teumesius pro Boeotius, in quarta gymnas pro certamen.

Quae cum ita sint, si omnia una comprehensione complecti libet, Statius in synecdochae usu non solum communem omnium scriptorum et priórum poetarum consuetudinem secutus est, sed etiam, cum non pauca novavit, antecessit et superavit; haec praecipue ratio in silvis, illa in Thebaide adhibita est.

Perspicuitas autem, quae dicitur tamquam caput synecdochae esse, semper invenitur, si iudicare licet, exceptis paucis exemplis quae nimia audacia et libidine videntur efficta esse. Atque in quarta specie nominatur quercus pro robore quod metonymice vires significat; qua de locutione disseruit Vollmer in Mus. Rhen. vol. LI pag. 31. Simili ratione arbiter ponitur pro gubernator: cf. Lact. Plac. ad l.: arbiter alno species pro genere. quilibet arbiter est magister id est gubernator. Neque tamen scio an potius ex tali ratione dicendi concludendum sit Romanos aliter sensisse ac huius temporis nationisque homines neque tam propriam notionem quam quae quoque loco recta erat intellexisse. Quae sententia confirmari videtur eo, quod pinus, qua voce saepius, ut etiam apud Vergilium, navis designatur, uno loco (Th. V 537) pro navis posita cum monte et insula comparatur: Barthius enim Statium propter comparationem incaute navem voce pinus significasse adnotat, sed illa probata oratio non ita est aspera. Eadem est ratio, ubi astra leguntur pro caelum; haec autem notio videtur etiam exstare Th. III 522, ubi Müllerus coniecit monstra, nam caelum, pro quo duobus locis polus et astra nominantur, ab auguribus considerari atque prodigiosa esse ex ceteris versibus qui ad eandem rem spectant efficitur. Similiter denique iudicandum est de vocabulo orbis, quod coronam i. e. circumstantes significat.

Exemplorum index.

Vita.

Rudolfus Fridericus Lunderstedt natus sum prid. Kal. Mai. a. 1890 Gerae Ruthenorum patre Alfredo matre Helena orta e gente Wehrmann, quos adhuc esse inter vivos gaudeo. Litterarum elementis imbutus per novem annos frequentavi gymnasium Rutheneum Geranum, ubi humanitatis et litterarum studiis erudirer. Vere anni h. s. IX maturitatis testimonium adeptus Monachiam me contuli, ut studiis et philologicis et historicis me dederem; per anni spatium ibi commoratus Heidelbergam, deinde Berolinum, denique Ienam profectus sum et illic per senos menses, hic vero per quattuor semestria iisdem studiis operam navavi. Docuerunt me viri doctissimi Monacenses Bitterauf, Crusius, Drerup, de Heigel, Hellmann, Lommatzsch, Otto, de Poehlmann, Vollmer; Heidelbergenses Boll, Domaszewski, Gerhard, Oncken, Schoell, Windelband; Berolinenses Diels, Hintze, Hirschfeld, Ed. Meyer, Norden, Riehl, E. Schmidt, de Wilamowitz-Moellendorff; Ienenses Delbrück, Diehl, Eucken, Goetz, Hirzel, Judeich, Stoy, Wilhelm. Seminario philologico ut interessem per duo semestria sodalis ordinarius et per sex quidem menses senior, eximia benignitate Georgii Goetz et Rudolfi Hirzel contigit, postquam nonnulla semestria adfui et philologicis et proseminarii exercitationibus, quas instituerunt Drerup, Otto, Gerhard, Norden, Goetz, Diehl. Seminarii historici per quattuor semestria fui sodalis ordinarius moderante Iudeichio. Praeterea frequentavi historicas exercitationes, quibus praeerant Hellmann, Domaszewski, Hirschfeld, Stoy, et metricas, quas instituit Goetz. Quibus omnibus viris summas ago gratias, praecipue Georgio Goetz, viro illustrissimo, cui quid debeam numquam ero immemor.

